This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

23
5

INDEX SCHOLARUM

IN

GYMNASIO HAMBURGENSIUM ACADEMICO

A DIE FESTO MICHAELIS 1833 USQUE AD PASCHA 1834

HABENDARUM

EDITUS

A CHRISTIANO PETERSEN,

PHILOS. DOCTORE ET PHILOLOGIAE CLASSICAE PROFESSORE,

H. S. GYMNASII RECTORE.

PHAEDRI EPICUREI, VULGO ANONYMI HERCULANENSIS, DE NATURA DEORUM FRAGMENTUM INSTAURATUM ET ILLUSTRATUM.

C.

HAMBURGI, 1833.

TYPIS JOANNIS AUGUSTI MEISSNERI, AMPLISSIMI SENATUS, GYMNASII ET JOANNEI TYPOGRAPHI.

TRANSFERRED
TO
HARVARD COLLEGE
LIBRARY

INDEX
SCHOLARUM

IN

GYMNASIO HAMBURGENSIUM ACADEMICO

A DIE FESTO MICHAELIS 1833 USQUE AD PASCHA 1834

HABENDARUM

EDITUS

A CHRISTIANO PETERSEN,

PHILOS. DOCTORE ET PHILOLOGIAE CLASSICAE PROFESSORE,

H. S. GYMNASII RECTORE.

PHAEDRI EPICUREI, VULGO ANONYMI HERCULANENSIS, DE NATURA DEORUM FRAGMENTUM INSTAURATUM ET ILLUSTRATUM.

HAMBURGI, 1833.

TYPIS JOANNIS AUGUSTI MEISSNERI, AMPLISSIMI SENATUS, GYMNASII ET JOANNEI TYPOGRAPHI.

Gpr 23.5

Travel from
D. S.

Prooemium.

Ad declarandam pietatem quum nihil efficacius et magis necessarium esse soleat, quam accepti beneficii ponderare vim et magnitudinem: nostrum profecto est, ante omnia videre, quid et quantum sit illud, quod, favore divini numinis et sapiente consilio virorum publicae salutis studiosorum, ad augendum Gymnasii academici florem nuperrime factum esse constat. Meministis, Cives, quam diu vacaverint aliquot professorum cathedrae, quamque prompte et celeriter ante hos quinque annos aliunde subventum sit necessitati rerum. Vidimus enim doctissimos *Ioannei magistros* eodem animo studioque Gymnasii curare scholas, quo suas etiam nunc ornare solent. Accessit *aliorum* opera, qui iuventutis literarumque amore ducti, docentium partes ultro susceperunt et fortiter sustinuerunt. Nec frustra contendit *Lehmanni nostri* cura atque eruditio, quae sedulo cavit, ne quid detrimenti caperet res gymnastica. De *me* ipso et *mea* qualicunque opera non est quod dicam.

Exstiterunt tandem *Summi Magistratus*, nulli non scholae bene cupientes, qui et ipsi divinarum humanarumque rerum scientia imbuti, et hodiernae institutionis ambitum animo complexi, veterem Gymnasii integritatem restituere, eiusque utilitatem dignitatemque amplificare niterentur. Horum igitur virtute atque admirabili industria factum est, ut, quod dudum exoptavimus, novam illius instituti formam ac rationem publica auctoritate et lege iam nunc sancitam videamus.

Gp 23.5

Trans. from
D. S.
June 1[illegible]

Alius iam incipit studiorum nostrorum usus et ordo; aliud erit futurae institutionis consilium et momentum. Patebunt enim in posterum Gymnasii scholae non iis tantum adolescentibus, qui academica studia sequuntur, sed aliis quoque et omnibus, quos iuvat addiscere, quae acuant ingenium, augeant sollertiam, exerceant meditandi vim et facultatem, popularem etiam industriam. Ipsa civilis vitae negotia fructum inde ac splendorem trahent, quum liberior patefactus fuerit introitus in ampliorem uberioremque artium literarumque campum.

Ne vero tanto operi deessent laboriosae manus, candida pectora, idonei adiutores, uno eodemque die, V Septembris huius anni, publice delata est literarum professio tribus Philosophiae Doctoribus, viris ingenii et doctrinae praestantia spectatis, qui succederent in locum totidem professorum, quos fati necessitas nobis eripuit.

Nomina illorum sunt:

1. *Christianus Petersen*, Kiloniensis, natus d. XVII. Ianuarii 1802.
2. *Otto Carsten Krabbe*, Hamburgensis, nat. d. XXVII. Decembris 1805.
3. *Christianus Fridericus Wurm*, Blavifontio - Würtembergensis, natus d. III. Aprilis 1803.

Nomina literariae reipublicae omnino non incognita: exstant enim singulorum scripta, meis laudibus superiora, quorum e numero memorare libet nonnisi haec:

Philosophiae Chrysippeae fundamenta etc. Hamburg. 1827.
Philologisch-historische Studien auf dem Gymnasium etc. Hamb. 1832.
Hippocratis Coi de aëre, aquis et locis etc. ibid. 1833.

Edidit *Petersen*.

Dissert. de Codice Canonum, qui Apostolorum nomine circumferuntur. Götting. 1829.
Ursprung und Inhalt der apostol. Constitutionen des Clemens Romanus. Hamburg. 1829.

In lucem emisit *Krabbe*.

veritas, ipsa docendi ratio tanto erit praestantior rariorque, quanto maior et perspicuitas et elegantia orationis cum subtilitate cogitandi coniungetur.

Monendum denique est, intelligi ex ipsa earum rerum natura, quas diximus, *primo hoc semestri* professores nonnullos studiosae *tantum* iuventuti operam navare posse, non aliis; at qui *Historiam, Geographiam* et *Mathematicam* profitentur, ii sane iam nunc paratissimi erunt ad publicam aliorum institutionem, qui quidem suum professi nomen, audiendi discendique voluntatem declaraverint.

His ita perscriptis, nihil est quod animum vehementius moveat, quam admiratio summae humanitatis, qua *Amplissimi Proceres* in ornando Gymnasio usi sunt. Omnino tam illustrem prolixae erga nos, erga iuventutem literarum amantem, erga omnium ordinum cives, voluntatis suae significationem dederunt, nihil ut iam aliud cogitandum agendumque sit, nisi qua ratione tali ac tanto beneficio nos dignos praestemus. Hoc igitur meditemur, in hoc incumbamus, ut memores pietatis ac venerationis Procerum meritis debitae, diligentissime obeamus omnia delati muneris officia, quamvis ardua multisque difficultatibus impedita.

Has difficultates eo felicius superabimus, quo arctior erit coniunctio animorum consiliorumque cum *professoribus Ioannei*, qui pari honore digni, idem stadium currunt, eandemque agendi rationem sequuntur. Ut vero mutua fide et caritate, ut communibus omnium utriusque scholae magistrorum studiis, proficiat iuventus et magis magisque floreant artes, faxit Deus Optimus Maximus.

Scr. m. Octobri 1833.

Hipp.

candente, quo oppressa fuissent, et ipsa in carbones et cineres esse versa, atque levissimo tactu vel afflatu in pulverem mutari, neque quidquam esse repertum praeter commentarios quosdam Philodemi nec doctrina nec elegantia insignes, tum vero incisa est ingens illa omnium eruditorum spes, quae paucis annis post penitus deposita est et fere desperata, cum exisset fama*), etiamsi Piaggius, vir difficillima quaeque legendi et describendi vel depingendi in arte peritissimus, peculiari quadam ratione instructus ab ipso inventa**) quatuor volumina magna ex parte ita evolvisset, ut legi et describi possent: omnem hunc laborem omnino esse omissum. Erant autem evoluti Philodemi quartus liber de Musica, liber secundus et deinde primus de Rhetorice atque liber unus de vitiis et oppositis virtutibus. Quinti voluminis, quod Phaniae librum de Stirpibus continuisse dicitur, inscriptio tantum lecta est; sexti, quod evolvi coeptum erat, et inscriptio et initium deerat.

Quadraginta demum annis, postquam reperta erant prima volumina, unum eorum accurate tabulis aeneis expressum, lacunis suppletis instauratum, Latine versum atque commentariis eruditissimis illustratum in manus doctorum venit hac inscriptione insignitum:

Herculanensium voluminum, quae supersunt, Tom. I. Neapoli 1793. Fol.

Continet hic tomus *Φιλοδήμου περὶ Μουσικῆς Ā*, cuius libri undequadraginta fere paginae vel columnae servatae sunt. In restituendo opere omnes fere Academici istius aetatis diligentiae laudem meruerunt, Mazzocchius, Rosinius, Ignarra, Baffius et Federicius; duplices commentarios scripsit et editionem paravit Carolus Rosinius. Deinde ipsius negotii eiusque difficultatum ratio reddita est in libello:

Dissertatio Isagogica ad Herculanensium voluminum explanationem. Neapoli 1797. F.

---

*) Eiusd. Nachrichten von den neusten Herculanischen Entdeckungen, an H. Füessli in Zürch. Dresd. 1764. 4. Opp. Vol. II, p. 216.

**) Hanc evolvendi rationem praeter Winckelmannum descripserunt Fougeroux de Bondaroy (Recherches sur les Ruines d'Herculanum. Paris 1770. 8.) et Consul noster Magnificus, litterarum non minus, quam rerum civilium peritus, J. H. Bartels. (Briefe über Kalabrien und Sizilien. Vol. I. Götting. 1787. 8. p. 137.)

undecimo Ἐπικούρου περὶ Φύσεως fragmenta curantibus Carolo Rosinio et Bartholomaeo Pessettio. Illud, ab aliis L. Vario, ab aliis C. Rabirio attributum, suis et Morgensternii notis auctum repetendum curavit I. Th. Kreissig, Lipsiae 1814. 4. Epicuri reliquias ad Rosinii exemplar, hic illic notis additis, accurate repetendum curavit Io. Conr. Orellius, omissis tantum tabulis aeneis, quae etiam litterarum formas et lacunas redderent, Lipsiae 1818. 8. De exemplis descriptis, quae in Siciliam allata esse dixi, cum conditiones, quae inter Anglos et Neapolitanos convenerant, non satis definitae viderentur, acerrima lis exorta est. Mense demum Augusto anni sequentis (1807) W. Drummondius, tum regis Anglorum in aula Siciliensi internuntius impetravit, ut exempla illa ipsi describenda committerentur. Pars iam aeri incisa erat, cum denuo exarsit rixa, qua composita ab Anglis alia exempla sunt descripta eaque in Angliam missa, ubi facilius et celerius aeri inciderentur et ederentur.

Hanc narrationem debemus W. Drummondio, qui eam nonnullis locis consilio obscuratam in medium protulit in libro ab ipso et Rob. Walpolio edito, qui hac insignitus est inscriptione:

> Herculanensia or archeological and philological dissertations, containing a Manuscript found among the ruins of Herculanum. London 1810. 4. *)

Fragmentum de Natura Deorum, quod hic primum exhibetur, auctoris nomine utpote ignoto non adscripto, bis typis expressum est, et lacunosum atque mancum, ut in volumine legi potest, et suppletum resartumque, ut Drummondius quidem praemonet, ab Academicis Neapolitanis vel Herculanensibus; quamquam Andreas de Iorio, ipse huic Academiae adscriptus, de hac re dubitat, neque ullum instaurationis illius vestigium Neapoli exstare refert. Numquid ab Anglis responsum

---

*) Hunc librum, quem nuper Berolini accuratius cognoscere mihi contigit, ex itinere redux in nostra etiam bibliotheca adservatum reperi; collectiones voluminum Neapoli et Oxoniae editas Berolini quidem vidi, sed in summa temporis brevitate vixdum inspicere licuit; ceterum et eius, qui primo loco bibliothecae Regiae praeest, et reliquorum, qui illius curam gerunt, quin gratus profitear liberalitatem et benevolentiam, a me impetrare non possum.

Φιλοδήμου περὶ κακιῶν καὶ ἀντικειμένων ἀρετῶν etc. de vitiis atque oppositis virtutibus eorumque subiectis et obiectis. Huius operis tres libri exstant, et editi sunt, $\bar{\Delta}$ et $\bar{\Theta}$ Coll. 28 in Collectionis Neapol. Tom. III., quorum alter in Oxon. ind. sub N. 1675. affertur, alius liber N. 1424. Coll. 24. exstat in ed. Oxon. P. I.

— *περὶ μουσικῆς* $\bar{\Delta}$, de musica, exstat in ed. Neap. Tom. I. Coll. 38. N. 1497. alius liber Coll. 32.

— *περὶ πλούτου*, de divitiis, duo exstant libri, $\bar{\Delta}$. N. 163. Coll. 28. N. 200. incertus Coll. 5.

— *περὶ ποιημάτων*, de poëmatis N. 1425. Coll. 39. Ed. Oxon. P. II. N. 1014. Coll. 28. N. 1538. *τοῦ* $\bar{E}$ *τῶν εἰς δύο τὸ* $\bar{B}$. Coll. 12.

— *περὶ ῥητορικῆς* de rhetorica; cuius operis novem adhuc reperta sunt volumina, liber primus 70 Coll. et secundus*), praeterea N. 1427. Coll. 8. N. 1669. Coll. 35. N. 1672. Coll. 39. N. 1423. $\bar{\Delta}$ *τῶν εἰς δύο πρότερον* Coll. 19. N. 1007. $\bar{\Delta}$ [*τῶν εἰς δύο τὸ δεύτερον*] Coll. 45. Ed. Oxon. P. II. N. 1015. $\bar{K}$. Coll. 77. Ed. Oxon. P. II. N. 1506 *ὑπομνηματικόν* Coll. 51. (rhetorica commentaria).

— *περὶ φαινομένων καὶ σημειώσεων*, de phaenomenis atque signis. N. 1065. Coll. 39.

— *περὶ χάριτος* de gratia, cuius voluminis nihil praeter inscriptionem legi potuit.

Aliorum Philodemi operum inscriptiones ex paucis, quae legi possunt, litteris, a Neapolitanis instauratae sunt, aut etiam libri sunt reperti, postquam Hayter decesserat. Huius generis sunt *de moribus; de moribus ac vitiis, opus ex libro Zenonis contractum, seu de dicendi libertate; de conversatione; de ira,* atque *de philosophis*; huius quidem operis apud Diogenem Laertium X. 3. liber decimus memoratur, Graece inscriptus: *ἡ τῶν φιλοσόφων σύνταξις.* Praeterea Andreas de Iorio librum memorat *de Omeri*, vitio typographico, opinor, corruptum. Horum quidem omnium in ind. Oxon. nullum reperi vestigium certum. In universum triginta sex volumina Philodemi adhuc reperta sunt.

Omnes, quos recensuimus, libri Epicureorum sunt; neque ullius philosophi ad aliam sectam pertinentis opera adesse dicuntur praeter duos Chrysippi iam instauratos et ad edendum paratos, quorum alter secundus de providentia est, quem cupide exspectamus. Index Oxoniensis eorum mentionem non facit.

*) De hisce cf. Winckelmann. l. l. Murr de Papyris etc. p. 4. eiusd. Philodem p. 18.

Iorio ei deberi negat, quanquam Murrius Octobri anni 1805 ad se Neapoli nuntium allatum esse refert, illo iam tempore hunc libellum ad editionem paratum fuisse, unde collegi Hayterum cum Academicis Neapolitanis privatim de hoc libello instaurando egisse. Ceterum aliquid periisse, inde etiam concludendum est, quod de logico Philodemi libro, qui et ipse ad editionem paratus fuisse dicitur, postea nihil auditum est.

At quo magis inter se discrepant, quae de hoc libello memoriae prodita sunt, eo plura et firmiora argumenta sunt conquirenda, quibus Phaedro auctori vindicetur. In historica quoque libri I de Natura Deorum parte Zenonis potissimum Epicurei libros a Cicerone esse excerptos, quod R. Kühner (Ciceronis in philosophiam merita. Hamburgi 1825. p. 97) credidisse videtur, iam propterea minus verisimile est, quod Cotta, qui Ciceronis partes agit, Zenonem ut maledicum vituperat, Phaedrum vero propter elegantiam et humanitatem magnis laudibus effert. Accedit, quod Zeno suae etiam aetatis Stoicos impugnasse dicitur, neque vero Cicero, neque fragmentum nostrum infra Diogenis Babylonii aetatem descendit. Phaedro autem prae ceteris Epicureis Ciceronem operam dedisse, ex ipsius epistola ad C. Memmium missa (ad Fam. XIII. 1.) discimus: „*Phaedrus nobis cum pueri essemus, antequam Philonem cognovimus, valde ut philosophus, postea tamen ut vir bonus et suavis et officiosus probabatur.*“ Idem de Fin. V. 1 Marci Pisonis Peripatetici amicus vocatur, atque in or. Philipp. V. 5 propter ipsum „*nobilem philosophum*“ laudatur filius Lysiades.

Ex epistolis Ciceronis eiusque ad singula opera prooemiis viri docti eruerunt, plurimos de philosophia libros ab eo scriptos esse A. U. 708 et 709, cum Caesar rebus Romanis praeesset. Altera Academicorum recensione medio anno 708 absoluta ad libros de Finibus bonorum et malorum componendos se convertit, inde ad Quaestiones Tusculanas, quibus perfectis libros de Natura Deorum et de Divinatione*) conscripsit et ante Caesaris mortem absolvit. At quo consilio haec disputo? Nempe ut demonstrem, ex epistolis eodem tempore scriptis cognosci posse, quibus ad quodque opus libris maxime usus sit. Ita videmus posteriore A. 708 parte, quo tempore epistolae libri XIII ad Atticum scriptae sunt, Ciceronem ab Attico suo ep. 8 petiisse Panaetii libros περὶ προνοίας, quos de N. D. II. 46 et de Div. I. 3. 7. II. 42 adhibitos invenimus, ep. 32 Dicaearchi libros plures,

*) Cf. Epist. ad Att. XIII. 19. N. D. I. 5 et 7. Div. I. 4. et 5.

III.

De crisis genere ad fragmentum Phaedri resarciendum adhibito.

Tres potissimum causae in voluminibus Herculanensibus emendandi occasionem dederunt, librariorum negligentia, litterarum in papyris incendio in carbones versis obscuritas, atque inprimis lacunae in evolvendo ortae. Duae priores rationes ad ea pertinent, quae ab editore ad archetypum exhibita sunt, hisque quasi sunt restrictae: tertium supplendi negotium latius patet, neque nisi sensu et litterarum deficientium numero regitur.

Librarios etiam antiquos iure negligentiae accusari, et Ciceronis de ea re querelae docent (Ep. ad Att. XIII. 23.), et ex voluminibus Herculani repertis arguunt Winckelmannus (Opp. Vol. II. p. 124 et 243), Rosinius (in Comm. ad Philodemum de Musica) et ex eius libro Murrius (de Papyris p. 16. Philodem. p. 29. 30). In corrigendis minoribus vitiis, quae librarii commiserunt, maxime ad similem variarum litterarum sonum est animadvertendum. Ita liquida falso est duplicata C. III. 5 *θαλλάττης;* deinde, quia in syllabis pronuntiandis accentu destitutis litterae obscurantur C. IV. 14 *Μῆτον* pro *Μῆτιν* scriptum est, XII. 11 *φιλαχίας* pro *φιλαρχίας,* et XII. 12 *καλεπώτατον* pro *χαλεπώτατον*; *ι* pro *υ* C. IV. 19 *Νίκτα* pro *Νύκτα*; *η* pro *ε* C. IV. 1 *μητηρα* pro *μητέρα*; VIII. 22 *τη* pro *τε*; nihil tamen frequentius, quam *ει* pro *ι* producto C. IV. 24 *συμπολειτευόμενον;* V. 12. *δρειμύτητος;* X. 15. *εἰμέρους;* XI. 1. *ἐπιτρείψειεν;* XI. 30. *ἐπίκειηθῆναι.* Per negligentiam litterae omissae sunt C. XI. 11 in vocabulo *ἀφεύξεσθαι* pro *ἀποφεύξεσθαι.*

In crisi secundi, quod dixi, generis instituenda, ubi aliquid falso lectum est, maximi est momenti, litterarum formas cognovisse, quae inter se confundi potuerint. Volumina ista litteris maiusculis, quae nunc quoque in usu sunt, scripta reperiuntur, nullis spirituum, accentuum aliisve signis additis*). Sigma autem et

*) Unum modo mihi innotuit accentus exemplum, quod Winckelmannus affert, (Opp. Vol. II. p. 124) ex Rhetorices libro primo, ubi Col. X. *ΟΎΚΟΥΝ* scriptum reperit, quod nos etiam eodem accentu significamus (*οὔκουν*), ut distinguatur ab alia eiusdem vocis potestate (*οὐκοῦν*). Cetera, quae ab eo afferuntur signa, vitiorum, quae librarius commiserat, correctionem indicant. Alius signi ( )—), quod diversas eiusdem libri partes distinguat, mentionem fecit Rosinius ad Epicuri de Natura librum II. C. 2. v. 6.

αμμω enim ω scriptum est pro υυ, tenendumque Omega non eam habere figuram, quae apud nos est, maiorem (Ω), sed minorem (ω). Hac ratione III. 26 pro αὐτῷ legendum est αὐτοῦ. Iota, quod nunc subscribi solet, in voluminibus aliis accurate expressum vidimus tabulis aeneis: in fragmento autem nostro primi lectores non hoc tantum, sed iota etiam plenum vel iustum, parvitate opinor decepti, interdum non viderunt. Ita VI. 15 καλεσθαι exhibitum est pro καλεῖσθαι et X. 25 Αἰγυπτω pro Αἰγυπτίοις, quod ex Athenaeo restituimus, cuius auctoritas Suidae testimonio firmatur.

Ne cui maiore licentia usi esse videamur in vitiis quibusdam tollendis, monendum est, exemplar Herculanense fragmenti nostri ceteris negligentius scriptum videri, quod arguunt ipsae emendationes certae atque indubiae. Duas enim, si non plures, manus vel scribendi rationes in voluminibus illis esse distinguendas, tabulae aeneae aperte ostendunt. Altera ad crassiores formas inscriptionum accedente usi sunt librarii, qui Philodemi de vitiis et oppositis virtutibus librum exaraverunt; alteram tenuioribus ductibus scriptam, quodammodo ei scribendi generi, quod cursivum appellamus, similem, in Demetrii de Poëmatis et Philodemi de Rhetorice libris invenimus. Ab eiusmodi manu minus firma nostrum quoque fragmentum scriptum censemus. Quaedam vitia quomodo orta sint, vix aliter expediri potest; e. g. si VI. 3 pro λέγῃ τις reposuerimus λέγοιτο, ubi *HTIC* lectum est pro *OITO*: lineas enim, quibus constat littera *H* erectis, ita curvatas invenimus, ut, altera linea deficiente, haec littera et Omicron confundi possent. Huc trahimus miram confusionem, quam utrum librariis, an lectoribus tribuat, aliquis dubitet: C. IX. 9, ubi ἀνελευθεράτεροι pro ἀνελευθερώτεροι editum invenitur et C. VII. 4. προσαγορίας pro προσηγορίας.

Restat, ut de tertia emendandi ratione loquar, lacunas dico supplendas papyris inter evolvendum discissis ortas. Quot litterae interierint, accuratius e suppletis cognoscitur, quam e spatii magnitudine. Numerum tamen litterarum non accurate definiri posse in ipso versu medio, inde apparet, quod non omnes litterae eiusdem sunt magnitudinis, neque spatium explent aeque magnum, praesertim in illa scribendi ratione minus accurata. Ita factum est, ut in iis etiam versibus, qui fere eiusdem sunt longitudinis, litterarum numerus fluctuet. Quare neque Rosinius, ceterum diligentissimus, curavit, adderetne an demeret litteram, utrum eam mutaret, annon:

ita in Philodemi de Musice libro C. IV. v. 11. initio versus ΠΟΛ. ΨΕCΙΝ supplevit θεοληψεσιν, quamquam hoc vocabulum Graecis non in usu est. Quod vero ultro se offert, ὑποληψεσιν, aeque Graecum atque Epicureum, huic loco solum congruit. Idem in Epicuri libro secundo instaurando C. II. v. 9 dubitat, utrum δεῖ, συν an δίκαιον scribat, quamquam hoc una littera longius est. Atque haec emendandi libertas nobis eo magis permittenda videtur, cum aliud libri nostri exemplum, quod ad ipsius voluminis similitudinem aeri incisum sit, non exstet. Maior etiam supplendi facultas conceditur, cum lacuna in finem versus incidit; versus enim, cum non eiusdem longitudinis sint, alii duodecim, alii undeviginti litteras habent. Quare, ubi unus versus (C. I. 26) in viginti quinque litteras excurrit, cum duplex sit litterarum numerus, totum versum a librario praetermissum contenderim, et postea, errore animadverso, antecedenti versui in vacuo spatio, quod inter columnas est, additum esse. In huiuscemodi crisi adiumento fuit praeter meam qualemcunque Stoicae, inprimis Chrysippeae disciplinae, scientiam Ciceronis de Natura Deorum opus, praecipue liber primus, cuius pars (c. 15) ex hoc ipso fragmento translata est.

IV.

Phaedri de Natura Deorum fragmentum.

Quo facilius discerni possit, quid a me praestitum sit, quid debeatur primis instaurantium curis, sive Academiae Neapolitanae, sive Haytero, sive cuicunque alii, propositam rem ita instituendam putavi, ut superiore cuiusvis paginae loco ponerem meam fragmenti recensionem, ad eam, quae hodie in usu est, Graeca edendi normam; in inferiore autem parte et lacunosam voluminis lectionem et primam editionis Londinensis instaurationem ipsis cum vitiis*) quam accuratissime typis repetendam curarem, ita ut illa sinistram, haec dextram paginae partem occuparet.

---

*) Mira enim est in litterarum maiuscularum et minuscularum usu inconstantia, mira orationis membra signis distinguendi ratio; utraque multis quidem locis manifesto falsa. Alia nonnulla vitia exstant, quae utrum archetypi librario, an typothetae, an editori sint attribuenda, incertum est.

— καλέσειν εἰς τὴν προ|εδρίαν οὕτως· ἐπεὶ | παραδέδονταί τινες | μὲν ἀγαθοὶ καὶ εὐερ|γετικοί, κελεύσειν[6]| τιμᾶν αὐτοὺς θυσί|αις τοιαύταις, αὐτοῖς | δ᾽οὖν εὔξασθαι ὡς | θεοῖς, δωρέαν γὰρ[10] | ἂν δήποθεν διει|ληφότα περὶ αὐτῶν[12] | σεμνύνειν ἑαυτόν.

Ἀλ|λὰ οἴεται Χρύσιπ|πος, τὸ πᾶν ἐπιδια|τάσσων ἐν τῷ πρώ|τῳ περὶ θεῶν, διαῤ|ῥήδην τὴν φρένα πάν|των καὶ πάντα λόγον[19] | καὶ τὴν τοῦ ὅλου ψύ|χην, καὶ τῇ τούτου[21] | μὲν ψυχῇ πάντα | φυτὰ διαχεῖσθαι | καὶ ζῶα καὶ τοὺς λό|γους· διὸ καὶ Ζῆνα[25] | καλεῖσθαι Δία, δοτῆρα | βίου· αὐτόν τε κόσμον τῶν ἀνόσω|ν ἔμψυχον εἶναι καὶ | θεὸν καὶ τὸ ἡγεμονι|κὸν καὶ τὴν τοῦ ὅλου[30] | ψυχήν· καὶ οὕτως | ἀνάλογον εὐνομεῖσ|θαι τὸν Δία καὶ τὴν | κοινὴν πάντων

Col. I.

1 ν εις την προ	1 Καλεσειν εις την προ
2 εδ αν, ουτως επει	2 εδριαν, ουτως επει
3 πα αδεδονται τινες	3 παραδεδονται τινες
4 εν αγαθοι, και ευερ-	4 μεν αγαθοι, και ευερ-
5 γετ κ κελευσειν	5 γετικοι κελευσειν
6 ν α τυς	6 τιμαν αυτυς θυσι-
7 ς τοιαυταις. Αυτος	7 αις τοιαυταις. Αυτος
8 ου ευξασθαι τοις	8 δ᾽ουκ ευξασθαι τοις
9 θεο δωρεαν, γαρ	9 θεοις δωρεαν, γαρ
10 θεν διει-	10 ειναι μηθεν διει-
11 λ τα περι αυτων	11 ληφοτα περι αυτων
12 ιν εαυτον. Αλ-	12 θορυβειν εαυτον. Αλ-
13 αι Χρυσ π-	13 λα οιεται Χρυσιπ-
14 αν ε ιδια-	14 πος. το παν επιδια-
15 τω προ-	15 κρινων εν τω προ-
16 δια ρη	16 τω περι θεων διαρρη
17 α παν-	17 δην την φρενα παν-
18 ντα λογον	18 των, και παντα λογον
19 κ τυ ολυ ψυ-	19 και την τυ ολυ ψυ-
20 χη τη τυτυ	20 χην, και τη τυτυ
21 μ παντα	21 μεν ψυχη παντα
22 σ	22 Πανταχυ γινεσ
23 αι και τυς λ	23 θαι θεον, και τυς λι
24 υς. Διο και Ζηνα	24 θυς. Διο και Ζηνα
25 καλ θαι Δια δοτ	25 καλεσθαι Δια δοτη-
26 ριον, τον τε κοσμον των ανοσω	26 ριον, αυτον τε κοσμον των ανοσω-
27 εμψυχον ειναι,	27 ν εμψυχον ειναι, και
28 θεον αι το η	28 θεον και το ηγεμονι-
29 κον αι την ο	29 κον ειναι την ολυ
30 χ ν. Και ω	30 ψυχην. Και υτω
31 ναλγον ευν	31 αναλγον ευναζεσ-
32 θαι τον Δια, και την	32 θαι τον Δια, και την
33 κοινην παντων	33 κοινην παντων

ϑη· καὶ Δία μὲν εἶνα|ι τὸν περὶ τὴν γῆν ἀ|έρα, τὸν δὲ σκοτεινὸν | Ἅιδην, τὸν δὲ διὰ τῆς[5] | γῆς καὶ ϑαλάττης Πο|σειδῶ. Καὶ τοὺς ἄλ|λους δὲ ϑεοὺς ἀψύχοις, | ὡς καὶ τούτους, συν|οικειοῖ, καὶ τὸν Ἥλι|ον αὔτως καὶ τὴν Σελή|νην καὶ τοὺς ἄλλους[12] | ἀστέρας ϑεοὺς οἴεται καὶ τὸν Νόμον· καὶ ἀνϑρώπους εἰς[15] | ϑεούς φησι μεταβα|λεῖν.

Ἐν δὲ τῷ δευτ|έρῳ τά τε εἰς Ὀρφέ|α καὶ Μουσαῖον ἀνα|φερόμενα καὶ τὰ[20] | παρ' Ὁμήρῳ καὶ Ἡ|σιόδῳ καὶ Εὐριπί|δῃ καὶ ποιηταῖς ἄλ|λοις, ὡς καὶ Κλεάν|ϑης, πειρᾶται συνοι|κειοῦν ταῖς δόξαις[26] | αὐτοῦ· ἅπαν γάρ ἐσ|τιν αἰϑήρ, ὁ αὐτὸς | ὢν καὶ πατὴρ καὶ | υἱὸς Διός· κἂν τῷ[30] | πρώτῳ, μὴ μά|χεσϑαι τὸ τὴν Ῥέ-

Col. III.

1 ϑ αι Δια μ να-
2 ρι την ν α-
3 ερα, ο δε σκο νον
4 Αιδ τον δε Δια της
5 γης αι ϑαλλαττης Πο-
6 σ και το αλ-
7 λου δε ϑευς αψυχοισ
8 ως και τυτυς συν-
9 οικειοι· και τον ηλι-
10 ον και την σελη-
11 νην, και τυς αλλυς
12 αστε ας ϑευς οιε-
13 ται, και τον νομον.
14 κα νϑρωπους εις
15 ϑεο ς φησι με αβα-
16 λει. Εν δε τω δευ-
17 τερ τα τε εις Ορφε-
18 α ουσαιον ανα-
19 φερει α, και α
20 παρ μηρω, και Η-
21 σιοδ , και Ευρι
22 δη, και ποιηταις αλ-
23 λοις ς κα Κλεαν-
24 ϑης ειρατα νοι-
25 κειου ταις δοξαις
26 αυτω. απαν γαρ εσ-
27 τιν αιϑηρ ο αυτος
28 ων και πατηρ και
29 υιος . καν τω
30 πρωτω μη μα-
31 χεσϑαι το την Ρε-

1 ϑη και Δια μεν εινα-
2 ι τον περι την γην α-
3 ερα, το δε σκοτεινον
4 Αιδην. τον δε Δια της
5 γης, και ϑαλλαττης Πο-
6 σειδω, και τουσ αλ-
7 λους δε ϑευς αψυχοισ
8 ως και τυτυς συν-
9 οικειοι· και τον ηλι-
10 ον μεν, και την σελη-
11 νην, και τυς αλλυς
12 αστερας ϑεους οιε-
13 ται, και τον νομον.
14 και ανϑρωπους εις
15 ϑεους φησι μεταβα-
16 λειν. Εν δε τω δευ-
17 τερω τα τε εις Ορφε-
18 α, και Μουσαιων ανα-
19 φερει ϑεια, και τα
20 παρ Ομηρω, και Η-
21 σιοδω, και Ευριπι-
22 δη, και ποιηταις αλ-
23 λοις τους και Κλεαν-
24 ϑης πειραται συνοι-
25 κειουν ταις δοξαις
26 αυτω. απαν γαρ εσ-
27 τιν αιϑηρ ο αυτος
28 ων και πατηρ και
29 υιος φησι. καν τω
30 πρωτω μη μα-
31 χεσϑαι το την Ρε-

νοῦται πάντας, τὸν | κόσμον ζῶον εἶναι | καὶ λογικὸν καὶ φρο|νοῦν καὶ θεόν. Κὰν[5] | τοῖς περὶ προνοίας | μέντοι τὰς αὐτὰς | ἐκτίθησιν συνοι|κειώσεις τῇ ψυχῇ | τοῦ παντὸς καὶ τὰ | τῶν θεῶν ὀνόμα|τα ἐφαρμόττει, τῆς | δριμύτητος ἀπο|λαύων ἀκοπιάτως. |

Διογένης δ' ὁ Βαβυ|λώνιος ἐν τῷ περὶ | τῆς Ἀθηνᾶς τὸν | κόσμον γράφει τῷ | Διὶ τὸν αὐτὸν ὑπάρ|χειν, περιέχειν δ' αὐ|τὸν Δία, καθάπερ[21] | ἄνθρωπον ψυχήν, | καὶ τὸν Ἥλιον μὲν | Ἀπόλλω, τὴν δὲ Σε|λήνην Ἄρτεμιν· καὶ[25] | τὸν Δία ὑποδύσειν | θεοὺς ἀλλοτρίους μη|δεὶς λέγοι ἂν· καὶ ἀδύ|νατον εἶναι τό τε τοῦ | Διὸς τὸ μὲν εἰς τὴν[30] | θάλατ-τὰν διατεταγὸς Ποσειδῶ|να, τὸ δ' εἰς τὴν γῆν | Δήμητρα, τὸ δ' εἰς | τὸν ἀέρα Ἥραν κα-

Col. V.

1	νωται παντας ον	1	νωται παντας τον
2	κοσμον ζωιον ειναι,	2	κοσμον ζωιον ειναι,
3	και λογικον, και φρο-	3	και λογικον, και φρο-
4	νουν, και θεον. Κα	4	νουν, και θεον. Καν
5	τοις περι προνοιας	5	τοις περι προνοιας
6	μεν τοι τας αυτας	6	μεν τοι τας αυτας
7	εκτιθησιν συνοι-	7	εκτιθησιν συνοι-
8	κειωσεις τη ψυχη	8	κειωσεις τη ψυχη
9	του παντος, και τα	9	του παντος, και τα
10	των θεων ο ομα-	10	των θεων ονομα-
11	τα εφαρμοττει, της	11	τα εφαρμοττει, της
12	δρειμυτητος απο-	12	δρειμυτητος απο-
13	λαυων ακοπιατως.	13	λαυων ακοπιατως.
14	Δ ογενης δ' ο Βαβυ-	14	Διογενης δ' ο Βαβυ-
15	λωνιος εν τω περι	15	λωνιος εν τω περι
16	της Αθηνας, τ ν	16	της Αθηνας, τον
17	κοσμον γραφει τω	17	κοσμον γραφει τω
18	Δ τον αυτον υπαρ-	18	Διι τον αυτον υπαρ-
19	ν, περιεχε	19	χειν, περιεχειν
20	Δια κ απερ	20	τον Δια καθαπερ
21	ανθρωπο υχη	21	ανθρωπον ψυχην
22	και τον ον μ	22	και τον Ηλιον μεν
23	Απολλ , ν δ	23	Απολλω, την δε σε-
24	ληνην τ μιν.	24	ληνην Αρτεμιν. και
25	το Δι δ σειν	25	τον Δια μη δυσειν
26	θε υς τρ ους	26	θεους αλλοτριους ου-
27	δεις λ ν και αδυ-	27	δεις ληψειν και αδυ-
28	νατον αι τε τ	28	νατον ειναι ποτε τ
29	Διος το μεν εις την	29	Διος το μεν εις την
30	θαλατταν διατε-	30	θαλατταν διατε-
31	τα ος Ποσειδ	31	ταγος Ποσειδω-
32	να ο δ' εις την γην	32	να το δ' εις την γην
33	Δημητρα, το δ' εις	33	Δημητρα, το δ' εις
34	ον αερα Ηραν κα	34	τον αερα Ηραν κα-

τῶν φυσικῶν καὶ | τῶν ἠθικῶν καὶ τῶν | λογικῶν· καὶ τὰς ἄλλας | δ' αὐτῶν προσηγορί|ας, καὶ τὰ φορήματα[6]| μάλα καταχρύσῳ τῇ | φρονήσει συνοικεῖ|οι.

Πάντες οὖν οἱ ἀ|πὸ Ζήνωνος, εἰ καὶ ἀ|πέλειπον τὸ δαιμό|νιον, ὥςπερ οἰητὸν οὐ[12]| κατέλειπον· εἰ δ' ἕν | τισιν οὐ κατέλειπον, | ἕνα θεὸν λέ-γουσιν εἶ|ναι. Γινέσθω δὲ καὶ[16] | τὸ πᾶν σὺν τῇ ψυχῇ, πλα|νῶσιν δ' οὐ πολλοὺς | ἀπολείποντες, ὡςπε|ρανεὶ μόνον λέγου|σιν αὐτῶν αἵρεσιν. Ἐπι-| δεικνύσθωσαν τοῖς[22] | πολλοῖς ἕνα μόνον | ἅπαντα λέγοντες, οὐ | πολλούς, οὐδὲ πάντας,[25] | ὅσους ἡ κοινὴ φημὴ | παραδέδωκεν, ἡμῶν | οὐ μόνον, ὅσους φασὶν | οἱ Πανέλληνες, ἀλλὰ[29]| καὶ πλείονας εἶναι λέ|γοντων, εἴθ' ὅτι τοι-| ούτους οὐδὲ μεμή|κασιν ἀπολείπειν, | οἵους σέβονται πάν|τες καὶ ἡμεῖς ὁμολο-

Col. VII.

1 τω φ , και	1 των φυσικων, και
2 τω ικων αι των	2 των ηθικων και των
3 λογικων και τας αλλας	3 λογικων και τας αλλας
4 δ'αυτ αγορι-	4 δ'αυτως προσαγορι-
5 ας και τα φορηματα	5 ας και τα φορηματα
6 μαλα κατα χρυσω τη	6 μαλα κατα χρυσω τη
7 φρονησει συνοικει-	7 φρονησει συνοικει-
8 οι. Π ντες υν οι α-	8 οι. Παντες ουν οι α-
9 πο Ζ ωνος, ει και α-	9 πο Ζενωνος, ει και α-
10 πελ ποντο δαιμο-	10 πελειπον το δαιμο-
11 νιον σπ ρ οι ν ου	11 νιον ωσπερ οιμεν ου
12 κατ λειπον δ'εν	12 κατελειπον οι δ'εν
13 τισιν ου κατε πον	13 τισιν ου κατελειπον
14 ενα ον λεγ ν ει-	14 ενα θεον λεγουσιν ει-
15 ναι γινεσθω και	15 ναι γινεσθω δε και
16 το παν συν τη ψυχη πλα-	16 το παν συν τη ψυχη πλα-
17 νωσιν δ'ο πολλους	17 νωσιν δ'ου πολλους
18 απολ ιποντ ως	18 απολειποντες ως ου
19 αν ει μ νο	19 καν ει μονον λεγ-
20 σιν α ν αιρ ιν επι-	20 σιν αυτων αιρεσιν επι-
21 δεικ υσθω αν τοις	21 δεικνυσθωσαν τοις
22 πολλοι ενα μονον	22 πολλοι ενα μονον
23 απαντα λεγοντες ου	23 απαντα λεγοντες ου
24 πολλους οδε παντας	24 πολλους οδε παντας
25 οσους η κοινη ηπη	25 οσους η κοινη φημη
26 παραδεδωκεν, ημων	26 παραδεδωκεν, ημων
27 ου μονον οσους φασιν	27 ου μονον οσους φασιν
28 οι πανελληνες, αλλα	28 οι πανελληνες, αλλα
29 και πλειονας ειναι λε-	29 και πλειονας ειναι λε-
30 γοντων. Ειθ οτι τοι-	30 γοντων. Ειθ οτι τοι-
31 ουτο ς ουδε μεμη-	31 ουτους ουδε μεμη-
32 κασιν απολειπειν	32 κασιν απολειπειν
33 οιους βονται αν-	33 οιους σεβονται παν-
34 τες και ην τι ολο-	34 τες και ην τινα ομολο-

περιέχει καὶ τὸ Μαν|τινέων ἐγκώμιον. | Οὗτοι δὲ θεοὺς ἐν τοῖς[8]| συγγράμμασιν ἐπο|νομάζοντες ἀνή|ρουν ἐξεργαστικῶς | τοῖς πράγμασιν καὶ με|τὰ σπουδῆς, ἀνε|λεύ|θερώτεροι γινόμε|νοι Φιλίππου καὶ τῶν[11]| ἄλλων ἁπλῶς τὸ | θεῖον ἀναιρούντων.|

Μετὰ δὲ ταῦτα ἐπιδει|κτέον αὐτούς, ὅτι βλά|βης καὶ κακῶν οὐ φα|σιν αἰτίους εἶναι τοῖς[17]| ἀνθρώποις τοὺς θε|οὺς, δοξάζοντας. Ἀπέ|χεσθαι τῶν ἀδικο|πραγημάτων, ἐνίοι[24]| φασίν, ἡμεῖς δὲ καὶ | ταῦτ' ἐνίοις ἐξ αὐτῶν | λέγομεν παρακολού|θως. Καὶ τῶν ἀγαθῶν[25]| τὰ μέγιστα καὶ διό|τι τὰ θεῖα τοιαῦτα κα|ταλείπουσιν καὶ γεν|νητὰ καὶ φθαρτὰ φαί|νεσθαι, τοῖς δὲ πᾶσιν[30]| ἡμεῖς ἀκολούθως ἀϊ|δίους καὶ φθαρτοὺς | εἶναι δογματίζομεν· τὸ δὲ συνέχον· ἐν γὰρ | ἄλλοις ὑπογραφήσε-

Col. IX.

1 περιε ο Μαν-	1 περιεχει και το Μαν-
2 τινεων εγκωμιον·	2 τινεων εγκωμιον·
3 Ουτοι δε θευς εν τοις	3 Ουτοι δε θευς εν τοις
4 υνγραμμασιν επο	4 συνγραμμασιν επο
5 νομαζοντε ανη-	5 νομαζοντες ανη-
6 ρυν εξεργαστικως	6 ρυν εξεργαστικως
7 τοις πραγμασιν αι με-	7 τοις πραγμασιν και με-
8 τα σπυδης α λευ-	8 τα σπυδης αν ελευ-
9 θερατεροι γιν ε-	9 θερατεροι γινομε-
10 νοι Φιλλιππυ και των	10 νοι Φιλλιππυ και των
11 αλλων των απλως το	11 αλλων των απλως το
12 θε ον α αιρυντων.	12 θειον αναιρυντων.
13 Μετα δε ταυτα επιδει-	13 Μετα δε ταυτα επιδει-
14 κτεον αυτυς, οτι βλα-	14 κτεον αυτυς, οτι βλα-
15 βης, και κακων υ φα-	15 βης, και κακων υ φα-
16 σ ν αιτιυς ειναι τοις	16 σιν αιτιυς ειναι τοις
17 νθρω οις τυς θε-	17 ανθρωποις τυς θε-
18 υ δοξαζοντας απε-	18 ους δοξαζοντας απε-
19 εσθαι των αδικο-	19 χεσθαι των αδικο-
20 ραγηματω νιοι	20 πραγηματων ενιοι
21 φασιν. Ημεις δ και	21 φασιν. Ημεις δε και
22 ταυτ' ενιοις εξ αυτων	22 ταυτ' ενιοις εξ αυτων
23 λεγομεν παρακολου	23 λεγομεν παρακολου-
24 θ , και των αγαθω	24 θειν, και των αγαθων
25 τα μεγιστα, και διο-	25 τα μεγιστα, και διο-
26 τ τα θεια τοιαυτα κα-	26 τι τα θεια τοιαυτα κα-
27 λειπυσιν και ε-	27 ταλειπυσιν και γε-
28 τα, και φθαρτα φαι-	28 ννητα, και φθαρτα φαι-
29 ν ι. τοις δε πασιν	29 νεται. τοις δε πασιν
30 Ημεις ακολυθως αι-	30 Ημεις ακολυθως αι-
31 διως, και φθαρτυς	31 διως, και φθαρτυς
32 ε ναι δογματιζομεν·	32 ειναι δογματιζομεν·
33 το δε συνεχον· εν γαρ	33 το δε συνεχον· εν γαρ
34 αλλοις υπογραφησε	34 αλλοις υπογραφησε

Ἀντιλέγουσιν· τοὺς | θεοὺς τοιούτους ὑπο|λαμβάνοντες, οἵους[5] | ὁ τῦφος εἰςήγαγεν, | ἀφέτοις χρῶνται κα|τὰ δύναμιν ἕκαστοι | ταῖς κακουργίαις. Ἦ|που νομίζομεν αὐ|τοὺς ἀέρα φοβουμέ|νους ἀποφεύξεσθαί τινος | τῶν χαλεπωτάτων; | Εἶεν. Εἰ τοῦτ' ἐστιν | τὸ τῆς ἀεικίας ἀ|παλλάττον, εἰκότως[16] | ἄν τις ἐπιφέροι τού|τοις, ὅτι τὸν τῶν θη|ρίων βίον εἰς τοὺς | ἀνθρώπους μετα|φέρουσιν, καὶ μάλισ|τ' ἐὰν μηδ' ἐπιστρέ|φωνται, καθάπερ φα|σίν, τοῦ τῶν πολλῶν | διὰ ταῦτα ψόγου. Βλέ|πηται δ' οὖν καὶ κα|τὰ πάντας τοὺς πρὸ | αὐτῶν ἐκκειμένους, | οὐδὲ εἷς ἂν ἀδικίας[29] | ἀπειρχθείη δεδοι|κὼς τοὺς οὐδ' ἐπικι|νηθῆναι δυναμέ|νους, ἢ τοὺς ἐναρ|γῶς ἀναισθήτους,

Col. XI.

1 μος επ τρειψειεν	1 μος επιτρειψειεν
2 αν ντ εγυ υς	2 αν αντιλεγυσι τους
3 θευς τοιυτυς υπο-	3 θευς τοιυτυς υπο-
4 λαμβανοντες οιυς	4 λαμβανοντες οιυς
5 τυφος εισηγαγεν	5 ο τυφος εισηγαγεν
6 φετοις χροντ κα-	6 αφετοις χρωνται κα-
7 τα δυναμιν εκ στοι	7 τα δυναμιν εκαστοι
8 τα ς κακυργιαι η	8 ταις κακυργιαις η
9 πυ νομιζομεν αυ-	9 πυ νομιζομεν αυ-
10 τυς αερα φοβυμε-	10 τυς αερα φοβυμε-
11 νυς αφευξεσθαι τινος	11 νυς αφευξεσθαι τινος
12 ων καλ πωτατων;	12 των καλεπωτατων;
13 εν ει τ τ' εσ ιν	13 μεν ει τουτ' εστιν
14 ο της α ικιας α-	14 το της αεικιας α-
15 παλλαττο εικ τως	15 παλλαττον εικοτως
16 αν τις επιφεροι τυ-	16 αν τις επιφεροι τυ-
17 τοις οτι τον των θη-	17 τοις οτι τον των θη-
18 ριων βιον ις τυς	18 ριων βιον εις τυς
19 νθρωπ ς μετα-	19 ανθρωπους μετα-
20 φερυσιν, και μαλισ-	20 φερυσιν, και μαλισ-
21 τ' εαν μηδ' επιστρε-	21 τ' εαν μηδ' επιστρε-
22 φωνται, καθαπε φα-	22 φωνται, καθαπερ φα-
23 σιν, τυτων πολλων	23 σιν, τυτων πολλων
24 δια ταυτα ψογυ· βλε-	24 δια ταυτα ψογυς· βλε-
25 π ται δ' ου κα κα-	25 πηται δ' ουν και κα-
26 τα παντας τυς προ	26 τα παντας τυς προ
27 αυτων εκκειμενυς,	27 αυτων εκκειμενυς,
28 υδε εις αν αδικιας	28 υδε εις αν αδικιας
29 απε ρχθειη δεδοι-	29 απειρχθειη δεδοι-
30 κως τυς υδ' επικει-	30 κως τυς υδ' επικει-
31 ν ναι δυναμε-	31 νηθηναι δυναμε-
32 νυ η τυς εναρ-	32 νυς η τυς εναρ-
33 γω αναισθητυς	33 γως τ' αναισθητυς

V.

Phaedri fragmentum Latine versum.

— vocaturum ad principem locum hoc modo: si qui traditi sint boni atque benefici, iussum iri, hos esse colendos eiusmodi sacrificiis, ipsosque precandos ut deos; donum enim qui undecunque acceperit, propter illos semet ipsum ornare.

Sed Chrysippus universum mundum in primo libro de diis describens, omnium rerum mentem diserte intelligit et omnem rationem et universi animum, atque hoc eius animo omnes stirpes permeari et animalia rationesque seminales; propterea etiam Ζῆνα appellari Iovem, quippe qui distribuat vitam (τὸ ζῆν); ipsumque esse mundum rerum morbo carentium animatum et deum, eiusque principatum atque animum universi; itaque ratione praeditum optimis legibus uti Iovem et communem rerum Naturam et Fatum et Necessitatem; eandemque rem esse et legum Observantiam et Ius et Concordiam et Pacem et Venerem omniaque similia; neque esse deos mares aut feminas, sicuti neque urbes neque virtutes; significari tantum genere masculino et feminino, cum haec non inter se differant, ut Luna et Lunus; Martem esse arbitrium belli et aciei ab utraque parte instruendae, Vulcanum esse ignem et Saturnum cursum, qui rerum flumen excernat, Rheam vero terram, Iovem aethera; alios autem dicere, Apollinem esse aethera et Cererem terram vel semen in ea conditum; atque pueriliter dici ac pingi fingique deos figura humana praeditos, sicuti urbes et fluvios et regiones animique perturbationes; praeterea Iovem esse aërem terrae circumfusum, aërem vero tenebrosum Plutonem, eumque aërem, qui terram et mare permeet, Neptunum. Ceteros etiam deos, sicuti illos, cum rebus inanimatis iungit, atque Solem eodem modo Lunamque ceterasque stellas Deos putat, atque etiam Legem; homines quoque ait in deos mutari.

In secundo autem libro, quae ad Orpheum et Musaeum referuntur, quaeque apud Homerum, Hesiodum, Euripidem aliosque poëtas leguntur, Cleanthis exemplo ad suas opiniones accommodare studet. Universum enim est aether, quippe qui et ipse pater est, idemque filius Iovis. Rursus in primo libro, nihil repugnantiae habere, quod Rhea mater sit Iovis, eademque filia; easque ipsas easdem fingit iis, quibuscum iunctae sunt. Atque in libro de virtutibus, secundum hanc loquendi normam, ait, Gratias esse nostras primitias et remunerationes beneficiorum. Similia etiam in libris de Natura prodidit, fabulas explicans easque Heracliti

vero, ex animi sententia ab eo nihil omnino, quod impium sit, scriptum esse, ipse aperte ostendit, sed pius est, utpote poëta, erga numen divinum, uti et alia testantur, et quod in Arianthem Argivum scripsit:

„deus, deus! prae omnibus rebus mortalibus
tribue mentem summam!“

atque carmen in Nicodorum Mantineensem:

„divino numine et casu omnia mortalibus fieri.“

Similia huic continet etiam laus Mantineensium. Hi vero deos, etsi in libris nominant, tamen re vera et consulto eos omnino tollunt, illiberaliores facti, quam Philippus ceterique, qui, quod divinum est, plane sustulerunt.

Posthac demonstrandum est, eos, etsi non dicant, tamen credere, noxae et malorum causas hominibus esse deos. Abstinere deos iniustis facinoribus, nonnulli aiunt, idque nos secundum nonnullos eorum dicimus. Atque bonorum maxima ideoque divina eiusmodi ponunt, ut et nasci et interire ea posse appareat, secundum universos vero colligimus, et sempiternos et mortales esse deos: hoc vero magni est momenti; aliis enim locis aliud adumbratur. Itaque opinentur, deos nocere et prodesse, quanquam neque hoc alterum eorum doctrinae congruere ostendetur. Hoc quidem cuique manifestum est, neminem unquam hominum aëris et aetheris metu omnino se abstinere ab iniusto facinore, nedum ab iis, ad quae ingenti libidine trahatur; se continere potius propter arenae acervos, aut propter lanam in lanugine carduorum, quas quidem res aperte insensibiles accipiunt. Quocirca mihi in mentem venit id, quod Timocles in fabula, *Aegyptii* inscripta, de diis patriis dixit, ad illos accommodare:

Nam, inquit, *si in confessos qui Deos sunt impii,*
supplicium extemplo sceleris non pendunt sui,
altare felis quomodo aliquem everterit?

Contra afferunt: qui deos tales existimant, quales caeca arrogantia induxit, libera pro suis quisque viribus perpetrant maleficia. Num credimus fore, ut aëris metu difficillima quaeque effugiant? Esto. Hoc si eiusmodi est, quod pravitate liberet, iure quis iis obiiciat, quod ferarum vitam ad homines transferant, praesertim si, quod quidem dicunt, reprehensionem vulgi non curant. Respiciatur igitur ad eos etiam omnes, quorum disciplinas exposuimus, ante quam ad ipsos perveneramus: ne unus quidem abstinebit ab iniustitia, quod metuat istos, qui

honorumque, quibus affici soleant, mentionem fieri ostendunt, illosque haberi deos: hominibus conceduntur primae in sacrificiis, opinor, sedes et sacrificia ipsa, preces vero iis funduntur veluti diis. Ista enim *προεδρία* non ad theatrum tantum pertinebat, ut apud *Aesch. adv. Ctesiph.* p. 46. §. 76. *πρεσβείαν εἰς προεδρίαν καλέσας*, sed ad publicum quodcunque spectaculum. Ita apud *Herod.* VII. 88. Dario tribuitur *προεδρία* copias suas Hellespontum traiicientes adspicienti; VI. 56 regibus Lacedaemoniis in ludis festivis. Inprimis honor ille primae sedis hominibus beneficis atque liberalibus concedebatur in publicis sacrificiis, ut Croeso Delphis (*Herod.* I. 54.), iis, qui Deceliam incolebant, Spartae (*Herod.* IX. 73.) atque Atheniensibus Byzantii (*Demosth. de Cor.* p. 256). Si ab auctore nostro sacrificia et preces ad ipsos homines beneficos referuntur, recte eum disputasse e Graecorum mente de heroibus et urbium conditoribus aliisque claris hominibus, non est, quod demonstrem. His rationibus ductus *αὐτὸς* mutavi in *αὐτοῖς* et *τοῖς* in *ὡς*: quibus mutatis et oratio liberius fluit, et totus locus propius ad Ciceronis verba accedit. Si tradita retinemus, vix est, quo *αὐτὸς* referatur. Principio quidem ipse credidi, hoc vocabulo eum significari, qui beneficia acceperit, sed tum inter deos et homines distinctio facta esset, quos Persaeus eosdem putavit. Ne quis dicat Persaei refutationem in his verbis inesse, quam Cicero dederit, moneo, a nostro auctore neque Chrysippum neque Diogenem singulatim pluribus refelli, ut a Cicerone factum est, et verba *περὶ αὐτῶν*, quae unum modo genus indicent, hominum et deorum distinctioni adversari. Argumentum, quod additur, cur Diis preces fundi oporteat, ex duplice vi verbi *εὔχεσθαι* est petendum, quod gloriandi et precandi significationem amplectitur, ut sit quasi gloria se ornare propter deos, vel propter beneficia a deis accepta se honoratos putare. Hac de causa *σεμνύνειν*, *εὐλογεῖν* vel *ἐπαινεῖν* scribendum esse duxi; illud tamen praetuli, cuius usum illustret *Chrysippus* l. III. *de Natura apud Plutarch. de Stoic. Repugn.* c. 13. p. 1038. C. *Baguet.* p. 161. *Ὥςπερ τῷ Διὶ προςήκει σεμνύνεσθαι ἐπ' αὐτῷ τε τῷ βίῳ καὶ μέγα φρονεῖν καί, εἰ δεῖ οὕτως εἰπεῖν, ὑψαυχεῖν καὶ κομᾶν καὶ μεγαληγορεῖν, ἀξίως βιοῦντι μεγαληγορίας, οὕτω τοῖς ἀγαθοῖς πᾶσι ταῦτα προςήκει.* Cf. *Demosth. de Cor.* p. 262. Ceterum, quam lubricum sit hoc crisis genus, tantum abest, ut infitias eam, ut varia, quae ad litteras non minus suppleri possint, ultro afferam: sic pro *ἂν δήποθεν* etiam *τὸν δήποθεν* vel *τινὰ θεόθεν* vel *οὐρανόθεν*, pro *διειληφότα* etiam *διειληχότα* et *διειλοχότα* scribi posset; sed nec haec, nec illa scriptio ad sensum loci accommodata est.

Ἀντιλέγουσιν· τοὺς | θεοὺς τοιούτους ὑπο|λαμβάνοντες, οἵους[5] | ὁ τῦφος εἰςήγαγεν, | ἀφέτοις χρῶνται κα|τὰ δύναμιν ἕκαστοι | ταῖς κακουργίαις. Ἦ|που νομίζομεν αὐ|τοὺς ἀέρα φοβουμέ|νους ἀποφεύξεσθαί τινος | τῶν χαλεπωτάτων; | Εἶεν. Εἰ τοῦτ' ἐστιν | τὸ τῆς ἀεικίας ἀ|παλλάττον, εἰκότως[16] | ἄν τις ἐπιφέροι τού|τοις, ὅτι τὸν τῶν θη|ρίων βίον εἰς τοὺς | ἀνθρώπους μετα|φέρουσιν, καὶ μάλισ|τ' ἐὰν μηδ' ἐπιστρέ|φωνται, καθάπερ φα|σίν, τοῦ τῶν πολλῶν | διὰ ταῦτα ψόγου. Βλέ|πηται δ' οὖν καὶ κα|τὰ πάντας τοὺς πρὸ | αὐτῶν ἐκκειμένους, | οὐδὲ εἷς ἂν ἀδικίας[29] | ἀπειρ-χθείη δεδοι|κὼς τοὺς οὐδ' ἐπικι|νηθῆναι δυναμέ|νους, ἢ τοὺς ἐναρ|γῶς ἀναισθήτους,

Col. XI.

1 μος επ τρειψειεν	1 μος επιτρειψειεν
2 αν ντ εγυ υς	2 αν αντιλεγυσι τους
3 θευς τοιυτυς υπο-	3 θευς τοιυτυς υπο-
4 λαμβανοντες οιυς	4 λαμβανοντες οιυς
5 τυφος εισηγαγεν	5 ο τυφος εισηγαγεν
6 φετοις χροντ κα-	6 αφετοις χρωνται κα-
7 τα δυναμιν εκ στοι	7 τα δυναμιν εκαστοι
8 τα ς κακυργιαι η	8 ταις κακυργιαις η
9 πυ νομιζομεν αυ-	9 πυ νομιζομεν αυ-
10 τυς αερα φοβυμε-	10 τυς αερα φοβυμε-
11 νυς αφευξεσθαι τινος	11 νυς αφευξεσθαι τινος
12 ων καλ πωτατων;	12 των καλεπωτατων;
13 εν ει τ τ' εσ ιν	13 μεν ει τουτ' εστιν
14 ο της α ικιας α-	14 το της αεικιας α-
15 παλλαττο εικ τως	15 παλλαττον εικοτως
16 αν τις επιφεροι τυ-	16 αν τις επιφεροι τυ-
17 τοις οτι τον των θη-	17 τοις οτι τον των θη-
18 ριων βιον ις τυς	18 ριων βιον εις τυς
19 νθρωπ ς μετα-	19 ανθρωπους μετα-
20 φερυσιν, και μαλισ-	20 φερυσιν, και μαλισ-
21 τ' εαν μηδ' επιστρε-	21 τ' εαν μηδ' επιστρε-
22 φωνται, καθαπε φα-	22 φωνται, καθαπερ φα-
23 σιν, τυτων πολλων	23 σιν, τυτων πολλων
24 δια ταυτα ψογυ· βλε-	24 δια ταυτα ψογυς· βλε-
25 π ται δ' ου κα κα-	25 πηται δ' ουν και κα-
26 τα παντας τυς προ	26 τα παντας τυς προ
27 αυτων εκκειμενυς,	27 αυτων εκκειμενυς,
28 υδε εις αν αδικιας	28 υδε εις αν αδικιας
29 απε ρχθειη δεδοι-	29 απειρχθειη δεδοι-
30 κως τυς υδ' επικει-	30 κως τυς υδ' επικει-
31 ν ναι δυναμε-	31 νηθηναι δυναμε-
32 νυ η τυς εναρ-	32 νυς η τυς εναρ-
33 γω αναισθητυς	33 γως τ' αναισθητυς

V.

Phaedri fragmentum Latine versum.

— vocaturum ad principem locum hoc modo: si qui traditi sint boni atque benefici, iussum iri, hos esse colendos eiusmodi sacrificiis, ipsosque precandos ut deos; donum enim qui undecunque acceperit, propter illos semet ipsum ornare.

Sed Chrysippus universum mundum in primo libro de diis describens, omnium rerum mentem diserte intelligit et omnem rationem et universi animum, atque hoc eius animo omnes stirpes permeari et animalia rationesque seminales; propterea etiam *Ζῆνα* appellari Iovem, quippe qui distribuat vitam (*τὸ ζῆν*); ipsumque esse mundum rerum morbo carentium animatum et deum, eiusque principatum atque animum universi; itaque ratione praeditum optimis legibus uti Iovem et communem rerum Naturam et Fatum et Necessitatem; eandemque rem esse et legum Observantiam et Ius et Concordiam et Pacem et Venerem omniaque similia; neque esse deos mares aut feminas, sicuti neque urbes neque virtutes; significari tantum genere masculino et feminino, cum haec non inter se differant, ut Luna et Lunus; Martem esse arbitrium belli et aciei ab utraque parte instruendae, Vulcanum esse ignem et Saturnum cursum, qui rerum flumen excernat, Rheam vero terram, Iovem aethera; alios autem dicere, Apollinem esse aethera et Cererem terram vel semen in ea conditum; atque pueriliter dici ac pingi fingique deos figura humana praeditos, sicuti urbes et fluvios et regiones animique perturbationes; praeterea Iovem esse aërem terrae circumfusum, aërem vero tenebrosum Plutonem, eumque aërem, qui terram et mare permeet, Neptunum. Ceteros etiam deos, sicuti illos, cum rebus inanimatis iungit, atque Solem eodem modo Lunamque ceterasque stellas Deos putat, atque etiam Legem; homines quoque ait in deos mutari.

In secundo autem libro, quae ad Orpheum et Musaeum referuntur, quaeque apud Homerum, Hesiodum, Euripidem aliosque poëtas leguntur, Cleanthis exemplo ad suas opiniones accommodare studet. Universum enim est aether, quippe qui et ipse pater est, idemque filius Iovis. Rursus in primo libro, nihil repugnantiae habere, quod Rhea mater sit Iovis, eademque filia; easque ipsas easdem fingit iis, quibuscum iunctae sunt. Atque in libro de virtutibus, secundum hanc loquendi normam, ait, Gratias esse nostras primitias et remunerationes beneficiorum. Similia etiam in libris de Natura prodidit, fabulas explicans easque Heracliti

vero, ex animi sententia ab eo nihil omnino, quod impium sit, scriptum esse, ipse aperte ostendit, sed pius est, utpote poëta, erga numen divinum, uti et alia testantur, et quod in Arianthem Argivum scripsit:

„deus, deus! prae omnibus rebus mortalibus
tribue mentem summam!“

atque carmen in Nicodorum Mantineensem:

„divino numine et casu omnia mortalibus fieri.“

Similia huic continet etiam laus Mantineensium. Hi vero deos, etsi in libris nominant, tamen re vera et consulto eos omnino tollunt, illiberaliores facti, quam Philippus ceterique, qui, quod divinum est, plane sustulerunt.

Posthac demonstrandum est, eos, etsi non dicant, tamen credere, noxae et malorum causas hominibus esse deos. Abstinere deos iniustis facinoribus, nonnulli aiunt, idque nos secundum nonnullos eorum dicimus. Atque bonorum maxima ideoque divina eiusmodi ponunt, ut et nasci et interire ea posse appareat, secundum universos vero colligimus, et sempiternos et mortales esse deos: hoc vero magni est momenti; aliis enim locis aliud adumbratur. Itaque opinentur, deos nocere et prodesse, quanquam neque hoc alterum eorum doctrinae congruere ostendetur. Hoc quidem cuique manifestum est, neminem unquam hominum aëris et aetheris metu omnino se abstinere ab iniusto facinore, nedum ab iis, ad quae ingenti libidine trahatur; se continere potius propter arenae acervos, aut propter lanam in lanugine carduorum, quas quidem res aperte insensibiles accipiunt. Quocirca mihi in mentem venit id, quod Timocles in fabula, *Aegyptii* inscripta, de diis patriis dixit, ad illos accommodare:

Nam, inquit, *si in confessos qui Deos sunt impii,*
supplicium extemplo sceleris non pendunt sui,
altare felis quomodo aliquem everterit?

Contra afferunt: qui deos tales existimant, quales caeca arrogantia induxit, libera pro suis quisque viribus perpetrant maleficia. Num credimus fore, ut aëris metu difficillima quaeque effugiant? Esto. Hoc si eiusmodi est, quod pravitate liberet, iure quis iis obiiciat, quod ferarum vitam ad homines transferant, praesertim si, quod quidem dicunt, reprehensionem vulgi non curant. Respiciatur igitur ad eos etiam omnes, quorum disciplinas exposuimus, ante quam ad ipsos perveneramus: ne unus quidem abstinebit ab iniustitia, quod metuat istos, qui

honorumque, quibus affici soleant, mentionem fieri ostendunt, illosque haberi deos: hominibus concedunturprimae in sacrificiis, opinor, sedes et sacrificia ipsa, preces vero iis funduntur veluti diis. Ista enim *προεδρία* non ad theatrum tantum pertinebat, ut apud *Aesch. adv. Ctesiph.* p. 46. §. 76. *πρεσβείαν εἰς προεδρίαν καλέσας*, sed ad publicum quodcunque spectaculum. Ita apud *Herod.* VII. 88. Dario tribuitur *προεδρία* copias suas Hellespontum traiicientes adspicienti; VI. 56 regibus Lacedaemoniis in ludis festivis. Inprimis honor ille primae sedis hominibus beneficis atque liberalibus concedebatur in publicis sacrificiis, ut Croeso Delphis (*Herod.* I. 54.), iis, qui Deceliam incolebant, Spartae (*Herod.* IX. 73.) atque Atheniensibus Byzantii (*Demosth. de Cor.* p. 256). Si ab auctore nostro sacrificia et preces ad ipsos homines beneficos referuntur, recte eum disputasse e Graecorum mente de heroibus et urbium conditoribus aliisque claris hominibus, non est, quod demonstrem. His rationibus ductus *αὐτὸς* mutavi in *αὐτοῖς* et *τοῖς* in *ὡς*: quibus mutatis et oratio liberius fluit, et totus locus propius ad Ciceronis verba accedit. Si tradita retinemus, vix est, quo *αὐτὸς* referatur. Principio quidem ipse credidi, hoc vocabulo eum significari, qui beneficia acceperit, sed tum inter deos et homines distinctio facta esset, quos Persaeus eosdem putavit. Ne quis dicat Persaei refutationem in his verbis inesse, quam Cicero dederit, moneo, a nostro auctore neque Chrysippum neque Diogenem singulatim pluribus refelli, ut a Cicerone factum est, et verba *περὶ αὐτῶν*, quae unum modo genus indicent, hominum et deorum distinctioni adversari. Argumentum, quod additur, cur Diis preces fundi oporteat, ex duplice vi verbi *εὔχεσθαι* est petendum, quod gloriandi et precandi significationem amplectitur, ut sit quasi gloria se ornare propter deos, vel propter beneficia a deis accepta se honoratos putare. Hac de causa *σεμνύνειν*, *εὐλογεῖν* vel *ἐπαινεῖν* scribendum esse duxi; illud tamen praetuli, cuius usum illustret *Chrysippus* l. III. *de Natura apud Plutarch. de Stoic. Repugn.* c. 13. p. 1038. C. *Baguet.* p. 161. *Ὥςπερ τῷ Διὶ προςήκει σεμνύνεσθαι ἐπ' αὐτῷ τε τῷ βίῳ καὶ μέγα φρονεῖν καί, εἰ δεῖ οὕτως εἰπεῖν, ὑψαυχεῖν καὶ κομᾶν καὶ μεγαληγορεῖν, ἀξίως βιοῦντι μεγαληγορίας, οὕτω τοῖς ἀγαθοῖς πᾶσι ταῦτα προςήκει.* Cf. *Demosth. de Cor.* p. 262. Ceterum, quam lubricum sit hoc crisis genus, tantum abest, ut infitias eam, ut varia, quae ad litteras non minus suppleri possint, ultro afferam: sic pro *ἂν δήποθεν* etiam *τὸν δήποθεν* vel *τινὰ θεόθεν* vel *οὐρανόθεν*, pro *διειληφότα* etiam *διειληχότα* et *διειλοχότα* scribi posset; sed nec haec, nec illa scriptio ad sensum loci accommodata est.

state Col. V. 30 iterum occurrit; pro litterarum numero, neque sensu repugnante, etiam ἐπιδιατιθεὶς scribi poterat. Sequentia καὶ τῇ τούτου μὲν ψυχῇ πάντα φυτὰ διαχεῖσθαι καὶ ζῶα καὶ τοὺς λόγους supplevimus secundum Stoicorum de Diis doctrinam, quae exponitur apud *Cic. N. D. II.* 32. *Diog. Laërt.* VII. 139. 147. 148. Illud διαχεῖσθαι recipere malui, quam διαχωρεῖσθαι, quia *Cicero* secundum hunc locum mundum appellat „*animi divini fusionem.*" Rationes seminales (λόγους σπερματικούς) hic intelligendas esse puto, de quibus *Stobaeus* disserit *Ecl. phys.* I. 2. 28. p. 66 easque sententiarum nexui aptiores, quam lapides, quos in editione Londinensi hic intrusos vides; neque tamen nego, Deum etiam ad lapides pertinere, quibus acceptis locus multo melius ita restitutus esset: πάντα ζῶα διαχεῖσθαι καὶ φυτὰ καὶ τοὺς λίθους. Cf. *Phil. Chrysipp. Fund.* c. 2. p. 36. De vocabulorum πᾶν atque ὅλον discrimine conferendus est locus *Stobaei Ecl. phys.* I. 22. 3. p. 440: *Οἱ Στωϊκοὶ διαφέρειν* [φασὶν] τὸ πᾶν καὶ τὸ ὅλον, πᾶν μὲν γὰρ σὺν τῷ κενῷ τῷ ἀπείρῳ, ὅλον δὲ χωρὶς τοῦ κενοῦ τὸν κόσμον.

C. I. v. 26—30. Eadem fere verba ex primo *Chrysippi de Providentia* libro affert *Diog.* VII. 139, repetit 147. Solum vocabulum ἀνόσων, quo respicitur ad sanitatem, ibi non additur; nihilo minus hoc ipsum recte se habere, docet alius *Chrysippi* locus e quarto *de Providentia libro* servatus apud *Gellium N. A.* VI. 1. (cf. *Baguet.* p. 215), ubi ita: mundum utpote perfectum etiam incolumem et morbo liberum esse.

C. I. 31—II. 2. Duo potissimum hic aliter instauranda putavi, atque in ed. Lond. factum est: pro ἀναλγον, quod Graecum non est, scripsi ἀνάλογον*) quod a *Cicerone* expressum puto: *qui in mente et ratione versetur;* deinde pro εὐνάζεσθαι, quod de Stoicorum Deo omnia regente an unquam dictum sit vel dici possit, valde dubito, restitui εὐνομεῖσθαι, quod a sequentibus necessario postulatur. Quae deinde enumerantur summi numinis divini nomina, saepe a Chrysippo coniuncta fuerunt. Cf. *Plut de Stoic. Repugn.* c. 34. p. 1049. A. Ὅτι ἡ κοινὴ Φύσις καὶ κοινὸς τῆς φύσεως λόγος Εἱμαρμένη καὶ Πρόνοια καὶ Ζεύς ἐστιν, οὐδὲ τοὺς ἀντίποδας λέληθε· πανταχοῦ γὰρ ταῦτα θρυλλεῖται ὑπ' αὐτῶν. Cf. *Diog.* L. VII. 135, *Lactant.*

---

*) Ad hanc coniecturam mihi viam praemunivit vir eruditus, Isler. Dr. phil. qui ἀνὰ λόγον proposuit, quod pro κατὰ λόγον an in usu fuerit, dubito.

monet *Cicero N. D.* II. 28. Nostro autem loco duo huius rei argumenta proferuntur, quorum alterum ex ea orationis humanae natura petitur, quippe quae alias quoque res manifesto sexus discrimine non praeditas, ut urbes et virtutes, iisdem vocabulorum formis, quibus sexum masculinum et femininum, distinguat. Alterum argumentum incertum est, ex emendatione quippe pendens. Plures iam tentaveram coniecturas, multa ad eas firmandas congesseram, donec tandem intelligerem, me e longinquo petiisse, quod in proximo esset, atque interpretationem potius iusta legendi et distinguendi ratione, quam coniectandi facultate niti. Postquam inveni, *ταὐτά*, non *ταῦτα* v. 14 esse legendum idque non subiectum esse enuntiati, sed praedicatum, quod referatur ad *ὀνομάζεσθαι ἀῤῥενικῶς καὶ θηλυκῶς*, sic mihi persuasi, v. 16 nec *Πᾶνα*, quod editio Lond. exhibet, neque *Ζῆνα*, quod et eundem litterarum numerum habeat, et eandem terminationem, sed *Μῆνα* esse legendum. Si idem deus, inquit Chrysippus, nunc vocabulo masculini generis, nunc feminini appellatur, neutrius eum esse oportet. Quam Stoici differentiam posuerint inter *Μῆνα* et *Σελήνην*, docet *Baguet* p. 177. Cf. *Creuzer Symbolik und Mythologie.* Vol. II. p. 31. — Ad illud Deorum genus, quod virtutes significat, etiam Mars pertinet; fortitudinem enim et belli peritiam significat, quam mea supplendi ratione multo rectius exprimi, quam ea, quae in priore recensione exstat, nemo, opinor, in dubium vocabit. Quomodo autem haec notio ipso vocabulo exprimatur, fragmentum docet apud *Plutarchum* (*Lib. Amator.* p. 757. B.) servatum: *Ὁ Χρύσιππος ἐξηγούμενος τοὔνομα τοῦ θεοῦ [Ἄρεος] κατηγορίαν ποιεῖ διαβολήν· ἀναίρεσιν**) *γὰρ εἶναι τὸν Ἄρην φησίν, ἀρχὰς διδοὺς τοῖς τὸ μαχητικὸν ἐν ἡμῖν καὶ διάφορον καὶ θυμοειδὲς Ἄρην κεκλῆσθαι νομίζουσιν.* Cf. *Baguet.* p. 237.

C. II. 20—28. Iam ad eos Chrysippus transit deos, quos elementis, quatenus aliud ex alio generatur, praepositos putat. Vulcanum esse ignem, inter Stoicos convenerat. *Diog.* VII. 147. De Saturno aliam, Zenonis opinor, sententiam *Cicero* profert (*N. D.* II. 25.). Pro *αἰώνιον*, quod Drummondius quoque reprobavit, *κριτικὸν* vel *ἐκκριτικὸν* scribendum esse duxi, secundum Chrysippi de hoc Deo sententiam in *Etymologico Magno* p. 540, 7 servatam: *Χρύσιππός φησιν, ὅτι, κατὰ ὑγρῶν ὄντων τῶν ὅλων καὶ ὄμβρων καταφερομένων πολλῶν, τὴν ἔκκρισιν τούτων Κρόνον ὠνομάσθαι.* Pariter ad elementorum mutationem pertinet Rhea, de qua legitur in *Ety-*

*) Ita legendum pro *ἀναιρεῖν*.

δὲ Δία restitui *τὸν δὲ διὰ*, ut ex hac praepositione pendeat genitivus, qui sequitur, nulla eget defensione.

C. III. 13 — 16. Etsi *καὶ τὸν Νόμον* orationis nexu cum iis, quae antecedunt, accurate coniungitur, tamen Lex (*Νόμος*) non ad idem deorum genus pertinet, ex quo stellae sunt, sed omnium Deorum ordinem et vinculum significat. Perspicuus locus de ratione, qua Lex cum ceteris diis atque etiam hominibus cohaereat, ipsius Chrysippi servatus est a Iustiniano in Digestis *ex Marciani Institutionum libro primo* l. 2. (I. 3): „*Sed et philosophus summae Stoicae sapientiae Chrysippus sic incipit libro, quem fecit περὶ νόμου· Ὁ Νόμος πάντων ἐστὶ βασιλεύς, θείων τε καὶ ἀνθρωπίνων πραγμάτων· δεῖ δὲ αὐτὸν προστάτην τε εἶναι τῶν καλῶν καὶ τῶν αἰσχρῶν καὶ ἄρχοντα καὶ ἡγεμόνα καὶ κατὰ τοῦτο κανόνα τε εἶναι δικαίων καὶ ἀδίκων καὶ τῶν φύσει πολικῶν ζώων, προστακτικὸν μὲν ὧν ποιητέον, ἀπαγορευτικὸν δὲ ὧν οὐ ποιητέον.* Hanc rem fusius persequitur secundum Chrysippum Cicero *in primo de Legibus libro* et *Plutarchus de Stoic. Repugn.* c. 11. 34 et *de Com. Not. adv. Stoic.* c. 34. Cf. *Baguet* p. 333. Si omnes homines mente praediti mentis et legis divinae participes sunt, quanto magis, qui corpore liberati et in Coelum sublati Deorum conditionem nacti sunt? Cf. *Cic. N. D.* II. 24. *Diogen.* VII. 151 et 157. *Plut. Plac. Philos.* I. 8. In hisce nihil erat, in quo discederem ab editione Lond. praeter *μὲν* v. 10 post *Ἥλιον*, quod male suppletum erat. Islerus, de quo iam dixi, proposuit *ὁμοίως* vel *ὡςαύτως*, quae cum plures litteras contineant, quam lacuna admittit, *αὔτως* scripsi; scribi etiam poterat *οὕτως*.

Disputatio contra secundum Chrysippi de diis librum aliaque opera eiusdem argumenti.

Col. III. v. 16 — Col. V. 13.

In primo libro Chrysippus ipsas Deorum notiones et potestates exposuerat, in secundo fabulas de diis a poëtis traditas eorum notionibus accommodaverat. Has fabularum explicationes in libris *de Virtutibus*, *de Natura* et *de Providentia* repetitas auctor noster refert non sine aliqua reprehensione. Hunc locum *Cicero* (*N. D.* I. 15) excerpsit hoc modo: *Et haec quidem in primo libro de natura deorum: in secundo autem vult Orphei, Musaei, Hesiodi, Homerique fabellas accommodare ad ea, quae ipse primo libro de diis immortalibus dixerit; ut etiam veterrimi poëtae, qui haec ne suspicati quidem sint, Stoici fuisse videantur.*

singulari Chrysippi libro de beneficiis translatum esse, quod *Menagius* credidit ad *Diog.* VII. 202 et *Baguet*, eum secutus p. 337, nisi, quod sane fieri potuit, bis eandem rem tractavit. Quod recensio Lond. v. 6 restituit τὸ θεῖον, et grammaticam verborum structuram et orationis sententiam turbat; quod nos dedimus τοιοῦτον διὰ νόμον, allegoricam fabularum interpretationem denotat. Deinde pro καὶ ἀρχὰς scripsi καταρχάς, quod et orationem faciliorem reddit, et sententiae magis est accommodatum.

C. IV. 12 — V. 13. Fragmenta horum de Natura librorum congessit *Baguet* p. 159. Quod in editione Lond. ad lacunam supplendam additum est, id me non intelligere fateor. Meam quoque emendationem aliqua ex parte incertam esse, non ignoro. Cum τοῖς praecesserit, non aliud reperi vocabulum, quod a $\bar{K}$ incipiens praecepta significaret, praeter κάνων, idque eo magis suum locum occupare mihi visum est, quod cogitabam de dictione Heraclitea abrupta, cuius exemplum πόλεμος πατὴρ πάντων notissimum est. Hinc τοῖς Ἡρακλείτου συνοικειῶν κάνοσι suppleveram. Sed, si τῷ pro τοῖς legatur, quod quidem facile confundi potuit, non dubitandum est κυκεῶνι restituendum esse, quod vocabulum et Heracliteum est (apud *Lucianum Vit auct.* c. 14 p. 554 *ed. Reitz.* Cf. *Schleiermacheri, Herakleitos der Dunkle in: Museum der Alterthumswiss. v. Fr. A. Wolf* u. *Ph. Buttmann* V. I. p. 362 et 369 sqq.) et Chrysippeum idque in ipso primo de *Natura libro* contentum, ut *Plutarchus tradit de Stoic. Rep. c.* 34: *ἐν τῷ πρώτῳ περὶ φύσεως τὸ ἀΐδιον τῆς κινήσεως κυκεῶνι παρεικάσας ἄλλα ἄλλως στρέφοντι καὶ ταράσσοντι τῶν γινομένων, ταῦτ' εἴρηκεν* etc. Inde colligimus, in hoc libro a Chrysippo Theogoniam ad mundi originem describendam esse adhibitam. — Nox, de qua in primo libro egisse Chrysippus dicitur, ab Hesiodo quidem non prima habita est Dearum, sed in Orphicis iisque antiquis, quod cognoscitur ex Avium cantu apud *Aristophanem Av.* v. 690. Cf. *Orph. Hymn.* II. 1 et quae ad h. l. *Gesnerus* excerpsit ex *Herneae commentariis in Platonis Phaedrum.* — Quam *Chrysippus in tertio libro* dedit mundi cum civitate comparationem, eam inde, opinor, repetivit *Cicero N. D.* II. 62. Pauca ex eodem servavit *Plutarchus de Com. notitiis adv. Stoic.* c. 34: *ἀλλὰ μὴν τόν γε κόσμον εἶναι πόλιν καὶ πολίτας τὰς ἀστέρας, εἰ δὲ τοῦτο, καὶ φυλέτας καὶ ἄρχοντας, δηλονότι καὶ βουλευτὴν τὸν Ἥλιον καὶ τὸν Ἕσπερον πρύτανιν ἢ ἀστυνόμον* etc. Hanc etiam sententiam ad Heracliti auctoritatem referendam esse videbit, quisquis contulerit *Schleiermacheri de Heraclito* scriptionem p. 350 et 477.

Χρυσίππῳ καὶ Ζήνωνι, τρέφεσθαι μὲν ἐξ αἵματος φήσας τὴν ψυχήν, οὐσίαν δ'αὐτῆς ὑπάρχειν τὸ πνεῦμα, πῶς ἔτι ταὐτόν ἐστι τὸ τρέφον τε καὶ κινοῦν, εἴπερ τρέφει μὲν τὸ αἷμα, κινεῖ δὲ τὸ πνεῦμα; Plurimi Stoicorum statuebant quamlibet corporis partem permeari ab animo, Diogenes vero sumpsisse videtur, per arterias tantum extendi animum, iisque corpus et contineri et regi. Eodem modo eum distinxisse opinor deos, veluti Apollinem et Dianam, a corporibus, quibus praesint.

C. V. 24 — VI. 2. A Iove universum permeari, ad quamvis igitur partem eum penetrare, e Stoicorum mente saepius diximus. Praeterea si variis mundi partibus varii atque diversi dii praeficiantur, recte Diogenes colligit, ceteros deos a Iove penetrari, id quod diserte docet *Diogenes Laërtius* VII. 139 et 147. — Cum v. 25 *μὴ* post *Δία* sententiae repugnet, scripsi *ὑποδύσειν*, quod, nescio quo loco, de hac ipsa re legi. Haerenti mihi, quid facerem de litteris ..*δεις λ....ν*, (quod enim ed. Lond. praebet: *οὐδεὶς λήψειν*, nulla ratione ferri potest), auxilio venit, Islerus, egregie proponens *μηδεὶς λέγοι ἄν*. Ultimo denique huius enuntiati versu nominis proprii initium, quod deest, inepte fere, in editione Lond. *Πλούτωνα* suppletum est. Quis enim de philosopho Plutone audivit? Non dubitavi *τὸν Ζήνωνα* restituere; adversus hunc enim maxime disputat Diogenes. De Platone aliquis cogitare possit, si inspexerit Drummondii commentarios, in quibus e Cratylo Platonis de hac Iunonis potestate similis affertur locus; sed sententia Platonis non omnino eadem est, quae hic proditur.

C. V. 2 — 9. Huius loci emendationem, quod ad litteras attinet, iam supra defendi; restat, ut doceam, sententiam sic mutatam esse veram, imo necessariam. Vulgaris enim Stoicorum ante Chrysippum sententia erat, Minervam esse aëra vel aethera. Ne ad *Ioannem Tzetzem* provocem, qui ad *Hesiodi Opp.* v. 2. nullo quidem auctore allato, similem opinionem fuisse pervulgatam tradit: *ἕκαστον δὲ τῶν θεῶν ὄνομα τριχῶς· τὸ Ἀθηνᾶ γυναῖκα βασιλίδα, τὸν παχυμερῆ ἀέρα καὶ τὴν φρόνησιν*, neve ad *Sallustii* de Diis scriptum, quod Menagio debeo: *καὶ Ἀθηνᾷ* [*δοτέον*] *τὸν αἰθέρα*, *Diogenes Laërtius* VII. 147, Stoicis universis hoc tribuit: *Ἀθηνᾶν δὲ καλοῦσι κατὰ τὴν εἰς αἰθέρα διάτασιν τοῦ ἡγεμονικοῦ αὐτοῦ*. Neque hanc explicationem a vera i. e. antiquissima Minervae significatione omnino alienam esse, docuit *C. O. Müller de Minervae Poliadis sacris etc. Gottingae* 1820. Noster hic locus ostendit, hanc de Minerva sententiam e vulgari de eius ortu fabula deductam esse, certe ea firmatam videri. Etenim si Iupiter significat aërem, ex eius capite natum esse

medicis tum in cerebro reperta, maxime niti videbatur, omni, qua potuit, sagacitate refutare studuit in *libris de Animo*, a Galeno excerptis in *libris de Plat. et Hippocr. decret. ed. Bas.* I. p. 273 *ed. K.* V. p. 348, *Baguet.* p. 297. Eo minus omittenda erat haec dissensio, quod nec Chrysippus dicit, se homines suae sectae impugnare, nec quisquam alius, qui de Stoicis memoriae prodidit, hanc differentiam memorat, imo plures de animi sede omnibus Stoicis eandem fuisse sententiam diserte declarant. Cf. *Chalcidium ad Platonis Timaeum ed. Meurs.* p. 306. et *Plutarchum de Plac. Phil.* IV. 5. 3. — De ὅτε pro ὅτι posito cf. Matth. §. 625. Deinde v. 13 pro *ΓΑ* . . . , unde ed. Lond. fecit *γ'ἂν*, me *ταύτην* scripsisse, non est, quod defendam. — Quae deinde sequuntur, e Chrysippi de Animo libris excerpta, fere integra leguntur apud Galenum l. l. Priora quidem v. 15 — 20 per se sunt satis perspicua; quae deinde leguntur, difficilia et intellectu et suppletu. De sensu, quem nos eruimus, consulas interpretationem nostram Latinam: hoc loco monere sufficiat, infinitivum et ad *Χρύσιππον* et ad *τῷ* referri posse; hanc autem posteriorem vocabula coniungendi rationem aptiorem esse. Chrysippus quaestionem de sede animi difficillimam iudicans, iis, quae ab utraque parte et eorum, qui eam in capite ponebant, et eorum, qui in corde, inter se collatis et perpensis, in corde cum principatum tum totius animi sedem esse, sibi persuasit. Divisum enim esse animum, id quod Plato credidit, inter caput, pectus et ventrem minime concessit, imo *ἐστὶ δὲ τὸ ἡγεμονικόν*, inquit, *τὸ κατάρχον αἰσθήσεώς τε καὶ ὁρμῆς (Galen. p. 253. ed. Bas.)* et *οὐ γὰρ ἄλλη μὲν ἡ πηγὴ λόγου ἐστίν, ἄλλη δὲ διανοίας, οὐδὲ ἄλλη μὲν φωνῆς πηγή, ἄλλη δὲ λόγου (Galen. p. 257.)*. Iis, qui contendebant, animum in capite habitare, vox, quam e pectore proferri nemo dubitabat, multum difficultatis attulit; illis autem, qui in pectore principatum locabant, quod sensus in capite conspicui et ipsi ad meditationem pertinere viderentur, negotium fecit. Qua ratione hanc pugnam componi posse crediderit, ipse exponit, apud *Galenum* (p. 259): *Σχέδον γάρ, οἷα ἄν τις ἀντιλέγοι* *) *περὶ τοῦ τὴν φωνὴν ἐκ τοῦ στήθους φέρεσθαι διὰ τῆς φάρυγγος, ἀπὸ τῆς κεφαλῆς ποιᾶς τινος καταρχῆς γιγνομένης, τοιαῦτ' ἔξεστι λέγειν, ἐν τῇ καρδίᾳ μὲν τοῦ ἡγεμονικοῦ ὄντος, τῆς δὲ τῶν κινήσεων ἀρχῆς ἀπὸ τῆς κεφαλῆς οὔσης.* Si movendi principium in capite ponit, hoc ad sensus pertinere, suspicor: animadvertendum enim est, distingui inter primam vocis originem (*καταρχή*) et movendi

*) Ita emendavi pro: *οἷα ἄν τινα λέγοι* vel *λέγῃ*.

modo dici possunt. Similem argumentationem a mortalitate deorum petitam exhibet Plutarchus *de Comm. not. adv. Stoicos* c. 31.

C. VII. 8 — VIII. 9. Etiamsi pauca tantum supplenda erant, tamen archetypum difficile erat intellectu; iusta vero verba distinguendi ratione reperta, oratio bene procedit. Vituperantur Stoici primo, quod nunc unum, nunc plures deos statuunt; deinde, quod hominum opinionibus in universum quidem se accommodant, neque vero omnes deos accipiunt, quos vulgus, nedum, quos populi peregrini; postremo, quod non figuris humanis indutos, sed aëreos et aethereos, certa forma destitutos fingunt. — C. VII. v. 11 pro *οἱ μὲν* restitui *οἰητόν*, quia non inter variorum Stoicorum, sed inter Stoicorum atque ceterorum hominum sententias discrimen ponitur; eadem de causa v. 12 pro *οἱ δ' ἐν* scripsi *εἰ δ' ἐν*. Etiam v. 18 et 19 ab editione Lond. recessi: in ea quae leguntur: *ὡς οὐ κἂν εἰ*, sensu carent; quod vero nos dedimus *ὡςπεραυεί*, et sensum restituit et orationis progressum reddit facilem. Male denique ed. Lond. C. VIII. 2 *μὴ* supplevit sequente indicativo, ubi nil nisi *οὐ* locum suum tenere potest. Quod ad grammaticen attinet, *εἰθ'*, *ὅτι* ad *ἐπιδεικνύσθωσαν* referatur oportet. De Diagora praeter vulgares de philosophiae historia libros inprimis conferendus est *Petrus Baylius* (*Dictionaire historique critique* s. h. v.)

C. VIII. 10 — IX. 12. Iam Clemens Alexandrinus (*Adm. ad Gent.* p. 15. *ed. Sylb.* p. 21. *ed. Oxon.* 1715), qui Diagoram laudibus effert, ut deorum gentilium derisorem, effecerat, ut de eius impietate narratio dubia videretur. Nunc antiquior ideoque maior accedit Aristoxeni auctoritas, quae verae impietatis opprobrio eum liberat. Mysteria ab eo esse illusa atque irrisa, si, quae apud Aristophanem de eo leguntur, comparamus, in dubium vocare non possumus; idque in libro illo, qui *λόγοι ἀποπυργίζοντες* inscriptus fuisse dicitur, factum esse, alii affirmant auctores. Aristoxeni auctoritas, in multis quidem dubia atque fallax, de Diagora testimoniis firmatur Scholiastae Aristophanei (*ad Aves.* 1073, *Nub.* 828 et *Ran.* 323.), qui publicis decretis usus, Diagoram ex eadem lege esse damnatum, ex qua Socrates, memoriae prodidit. Hoc enim certo ex scholiorum farragine erui potest. Licet igitur Diagoras mysteria profanaverit, res sacras polluerit, deos denique, quos et quales vulgus accepit, irriserit, inde non sequitur, eum iure iis adnumerari, qui numen divinum omnino sustulerint, quorum in numerum *Cicero* (*N. D.* I. 23) et *Sextus Empiricus* (*adv. Math.* IX. §. 53.) eum retulerunt. Aristoxeni

C. IX. 13 — X. 8. Eiusdem repugnantiae, quam v. 13 — 20 Stoicis opprobrio vertit Phaedrus, etiam *Plutarchus* eos arguit *de Stoic. Repugn.* c. 34 hoc modo: *Τῆς γὰρ κοινῆς φύσεως εἰς πάντα διατεινούσης, δεήσει πᾶν τὸ ὁπωσῦν γινόμενον ἐν τῷ λόγῳ καὶ τῶν μορίων ὁτῳῦν, κατ' ἐκείνην γενέσθαι καὶ τὸν ἐκείνης λόγον, κατὰ τὸ ἑξῆς ἀκωλύτως· διὰ τὸ μήτ' ἔξωθεν εἶναι τὸ ἐνστησόμενον τῇ οἰκονομίᾳ, μήτε τῶν μερῶν μηδὲν ἔχειν, ὅπως κινηθήσεται ἢ σχήσει ἄλλως ἢ κατὰ τὴν κοινὴν φύσιν. τίνες ὖν αἱ τῶν μερῶν σχέσεις εἰσὶ καὶ κινήσεις; δῆλον μέν, ὅτι σχέσεις αἱ κακίαι καὶ τὰ νοσήματα, φιλαργυρίαι, φιληδονίαι, φιλοδοξίαι, δειλίαι, ἀδικίαι· κινήσεις δὲ, μοιχεῖαι κλοπαί, προδοσίαι, ἀνδροφονίαι, πατροκτονίαι. τούτων οἴεται Χρύσιππος ὅτε μικρὸν ὅτε μέγα παρὰ τὸν τοῦ Διὸς λόγον εἶναι, καὶ νόμον, καὶ δίκην, καὶ πρόνοιαν· ὥςε μὴ γίνεσθαι παρὰ τὸν νόμον τὸ παρανομεῖν, μηδὲ παρὰ τὴν δίκην τὸ ἀδικεῖν, μήτε παρὰ τὴν πρόνοιαν τὸ κακοποιεῖν.* Cf. c. 15 et 38. — Si v. 20 non omnes Stoici iniustis facinoribus deos abstinuisse docuerunt, hoc de pravis geniis intelligendum est, quos nonnulli eorum acceperunt secundum Chrysippum apud Plutarchum *de Repugn.* c. 36 et 37. — Quae de ortu et interitu deorum Stoici proposuerunt, ea perspicue exposuit Plutarchus *de Comm. not. adv. Stoic.* c. 31. *Ἀλλὰ Χρύσιππος καὶ Κλεάνθης, ἐμπεπληκότες, ὡς ἔπος εἰπεῖν, τῷ λόγῳ θεῶν τὸν οὐρανὸν, τὴν γῆν, τὸν ἀέρα, τὴν θάλατταν, οὐδένα τῶν τοιούτων ἄφθαρτον οὐδ' ἄϊδιον ἀπολελοίπασι, πλὴν μόνου τοῦ Διός· εἰς ὃν πάντας καταναλίσκουσι τοὺς ἄλλους. ὥςε καὶ τούτῳ τὸ φθείρειν προςεῖναι τοῦ φθείρεσθαι μὴ ἐπιεικέςερον· ἀσθενείᾳ γάρ τινι καὶ τὸ μεταβάλλον εἰς ἕτερον φθείρεται, καὶ τὸ τοῖς ἄλλοις εἰς ἑαυτὸ φθειρομένοις τρεφόμενον σώζεται· ταῦτα δὲ, οὐχ ὡς ἄλλα πολλὰ τῶν ἀτόπων, συλλογιζόμενα ἔχει τὰς ὑποθέσεις αὐτῶν, καὶ τοῖς δόγμασιν ἕπεται, ἀλλ' αὐτοὶ μέγα βοῶντες ἐν τοῖς περὶ Θεῶν, καὶ Προνοίας, Εἱμαρμένης τε καὶ Φύσεως γράμμασι, διαῤῥήδην λέγουσι, τοὺς ἄλλους θεοὺς ἅπαντας εἶναι γεγονότας καὶ φθαρησομένους ὑπὸ πυρὸς, τηκτοὺς, κατ' αὐτοὺς, ὥςπερ κηρίνους, ἢ κατατιτερίνους ὄντας.* De crisi non est, quod disputemus; quod autem ad grammaticen attinet, Futuri usus, qualis est in voce *ὑπογραφήσεται* et supra C. V. 25 *ὑποδύσεις*, ubi sententia modeste profertur, fortasse non cuiusque animo obversatur ideoque est adnotandus. Cf. *Bernhardy Syntax der Griech. Spr.* p. 378.

C. X. 8 — 22. Nihil, opinatur Phaedrus, quisquam minus metuet, quam aëra: propter res maxime exiguas et contemptas ab iniustitia se potius abstinebit, quam deorum aëriorum metu. Quae deinde rerum contemptarum exempla afferuntur, cum lexica ex aliis etiam scriptoribus proponant, copiosiore expositione non indigent. Quod editio Lond. v. 19 supplet, *τὰ γρῦ*, cum de *voce* proprie usurpetur,

Davisio et Piersono, versus tales dedit, quales in nostro libro manuscripto leguntur. Quid de litteris .ε.λουρου faciendum esset, quantumvis meditatus non reperissem; dei enim nomen latere opinabar, nisi Athenaeus opem tulisset. Editio Lond. inania exhibet, quamquam Drummondius in Commentariis Athenaei locum memorat. — Ex Athenaeo restitui ἐν Αἰγυπτίοις, namque etiam Suidas numerum pluralem habet; quod vero in volumine lectum est, Αἰγύπτῳ, integrum vix esse potest. — Ἐπιτρίψαι, ὀλέσαι. *Suid.*

C. XI. 2 — 25. Haec postquam iuste disposita et distincta sunt, largiore interpretatione vix opus est. Cum Stoici suam de reverentia erga deos sententiam defendentes inde argumentum peterent, quod qui deos accipiunt eosdem, quos vulgus, non a maleficiis absterrerentur, iis opponitur, aëris metu non magis absterreri homines. Hoc vero si concedatur, homines ait ferarum ratione vivere, quippe quae quovis strepitu, quem aëris flatus efficiat, exterritae fugiant. Quod aëris metu, ex vulgi opinione inanimati, nedum ratione praediti, se moveri paterentur, merito illi accusari videbantur, siquidem hominum ratione praeditorum iudicia sive laudantium, sive vituperantium omnino non curabant. Namque Stoici cuncta bona atque mala in animo collocantes, reprehensionem extra nos positam neque malum esse neque ad nos pertinere statuebant. Cf. *Tiedemann Syst. d. Stoisch. Philos.* III. p. 240. Praeterea iidem, quibus propositum esset naturae convenienter vivere, ad universi legem respicientes singulorum, quamvis plurimorum, sive laudes sive opprobria curare non poterant. Cf. Senec. Epist. 102. Cic. Off. I. 19. Particulam ἦπου (*sane, videlicet*) ironice hoc loco esse intelligendam, per se apparet. Ceterum de ea cf. *Vigerum* p. 411. Quamquam pauca tantum deerant, ne haec quidem, qui primum instaurare conatus est, ita supplevit, ut grammatices legibus congruant et intellectum habeant. Quid enim μὲν (v. 13) ultimo praecedentis aut primo sequentis periodi loco? Εἶεν, quod ego dedi, et sensui et grammaticae sufficit. Idem de versibus 23 et 24 valet.

Stoicorum priorumque philosophorum de diis doctrina ad iniustitiam depellendam non sufficere arguitur.

Col. XI. v. 24 — XII. 23.

Ut iis, quae contra Stoicos protulit, vim quandam et pondus adderet, cuncta opprobria quam brevissime comprehendit Phaedrus, ad eos simul respiciens,

I. 41) ab Epicuro „*de sanctitate et de pietate adversus deos*“ scriptos esse testatur, atque Diogenes Laërtius (X. 27) *περὶ ὁσιότητος ἢ Ἡγησιάναξ* inscriptos fuisse refert. Ab Hegesianacte nomen acceperat liber iste, quia eius mors Epicuro scribendi occasionem dederat, de qua apud *Plutarchum* in libro: *Non posse suaviter vivi secundum Epicurum*, c. 20 ita exstat: *ταῦτα γὰρ ἐν ἄλλοις τε πολλοῖς Ἐπίκουρος εἴρηκε καὶ περὶ τῆς Ἡγησιάνακτος τελευτῆς, πρὸς Δοσίθεον γράφων τὸν πατέρα καὶ Πύρσωνα τὸν ἀδελφὸν τοῦ τεθνηκότος*. Quibus argumentis Epicurus pietatem erga deos commendaverit *Cicero* docet *N. D.* I. 17. et *Philodemus de Musica* C. IV. v. 6. *Τὰ δὲ τοσαῦτα λεγέστω καὶ νῦν· ὅτι τὸ δαιμόνιον μὲν οὐ προςδεῖταί τινος τιμῆς, ἡμῖν δὲ φυσικόν ἐστιν αὐτὸ τιμᾶν, μάλιστα μὲν ὁσίαις ὑπολήψεσιν, ἔπειτα δὲ καὶ τοῖς κατὰ τὸ πάτριον παραδεδομένοις ἑκάστῳ τῶν τατὰ μέρος· μουσικὴ δ' οὐκ ἐπιτέτακται.* Est locus ille, de quo supra p. 15 dixi, pro *θεοληψεφιν*, quod Rosinius dedit, esse restituendum *ὑπολήψεσιν;* neque enim *προλήψεσιν*, quod Creuzerus proposuit ad *Cic. N. D.* 1. 17, litteras reddit in volumine lectas, neque sententiae satis congruit.

Peroraturus neque id omnino praetermissum volui, multas emendationes per se firmas et indubias in commentariis hisce omnino non esse commemoratas. Quid enim oportebat, quae, si quis diversas, quas dedimus, fragmenti nostri recensiones contulerit, vera esse atque certa primo obtutu apparet, in illis perlustrandis, adnotandis atque defendendis mihi moram fieri, aliis taedium?

M. Carolus Fridericus Hipp, *Physices et Matheseos Prof. P.*

Quamquam in obeundo munere scholastico nunquam non paratissimus fui ad antiquam illam disciplinam, quae sola ad exquisitam eruditionem ducit, alacriter persequendam aliisque tradendam: paratiorem tamen, si fieri potest, facit renovata Gymnasii *Constitutio*, quae ut iustae exspectationi civium respondeat, quis, quaeso, non elaboret? In tanta re egone otiosus sedeam? Imo vero instabo operi, ut potero, faciamque pro viribus, ut mea quoque institutio quam plurimis prosit ad augendum accuratae doctrinae cultum et amorem.

Versabitur autem opera mea

primum in tradenda, quam superiore semestri docere institui, ea *Algebrae* parte, quae pertinet ad *Arithmeticam forensem*, dignissimam illam communi studiosorum cognitione, atque hoc ipso tempore perquam necessariam iis, qui rei publicae aliquando praefuturi sunt;

deinde in persequendis *rebus physicis*, praecipue quae ad *Hydrostaticam* et *Hydraulicam* spectant, secundum E. G. Fischeri Lehrbuch der mechanischen Naturlehre Ed. III.

Accedet praeterea aliud publicae institutionis genus, studium *Geographiae, mathematicae* nimirum *et physicae*, magno iure desideratum ab iis, quorum interest, leges naturae et bona globi terrestris non ignorare, nec velut in ipsis aedibus suis peregrinari.

Horae his scholis destinatae erunt: algebraicae d. Lunae et Martis XII, physicae d. Iovis et Veneris XII, geographicae d. Mercurii et Saturni XI.

J. G. C. Lehmann, *Med. et Philos. Dr. Hist. nat. P. P., Biblioth. civitat. publ. Praefectus primarius, horti botanici Director,*

Proximo semestri diebus Lunae, Martis, Jovis et Veneris h. XI-XII *Historiam naturalem*, quam vocant universalem, docebit, secundum Enchiridii a J. F. Blumenbachio de historia naturali scripti editionem XII (Göttingae 1830,) iisque scholis adjunget Introductionem in Zoologiam generalem et in disciplinas ad artem Medicam pertinentes.

Dici non potest, Cives, quanta luce universa Hebraea lingua acutissimis grammaticae quaestionibus ab Ewaldio, viro celeberrimo, institutis paucos intra annos sit illustrata et amplificata. Descendendum est igitur in intimos critices et grammaticae recessus; comparandae sunt, si lucem afferant, phrases loquendique formulae, quatenus in Arabica deprehenduntur dialecto, omnibusque literarum adminiculis id enitendum est, ut verus codicis sacri sensus enucleatus appareat.

Ex N. T. libris

Matthaeum, ratione synoptica Marci et Lucae evangeliorum habita, explicabo. Isagogen historico-criticam praemittam, qua de evangelii authentia et de sermone, quo Matthaeus evangelium suum consignaverit, disputabitur. Quae porro argumentis internis ex tota hujus evangelii indole et locis singulis, ipsius potissimum Matthaei narrationibus collatis, contra originem ejus apostolicam allata sunt, expendentur, itemque duo priora evangelii capita, quae aliena manu evangelio postea inserta fuisse interpretes nonnulli suspicati sunt, in examen vocabuntur; diebus Lunae, Martis et Mercurii, h. IX-X.

Historiam ecclesiasticam breviter enarrabo; diebus Lunae et Jovis, h. I - II.

Valete et studiis meis favete!

Christ. Frid. Wurm, *Phil. Dr., Hist. Prof. P.*,

1) *Medii aevi historiam*, adhibitis tabulis, quas Auditoribus commendat, Bredowianis enarrabit dd. Lunae, Martis, Jovis, Veneris denique III - IV.

2) *Idem Statisticam*, quam vulgo vocant, *specialem* docebit dd. Lunae et Jovis h. II - III.

3) *Idem* dd. Martis et Veneris h. II - III paratus erit ad explicandum Isocratis Panathenaicum. Quem si quis librum, exiguae sane molis ac simplici satis oratione compositum, minus dignum censeat, qui Civibus nostris proponatur: is vero animum advertat ad ipsius Isocratis de Panathenaico testimonium, universae antiquitatis consensu confirmatum: eam scilicet esse absolutissimi operis indolem, ut „leviter quidem attingentibus facile intellectu videatur et „expeditum, diligentius autem inspicientibus, pro gravitate argumenti, pe„nitiori studio adpareat dignissimum, multis praeterea refertum, quae ad „historiam et philosophiam pertinerent, et tectis rationibus reconditisque „sententiis plenum.“

This book should be returned to

Gp 23.5
De natura deorum fragmentum instaur
Widener Library 006500210
3 2044 085 144 947